opponi possunt 1° exceptiò dotis nō numeratæ, quando sc. dos promissa quidē ē, sed soluta nō fuit, quæ exceptio facienda ē intra annū, si matrimoniū nō extiterit ultra bienniū, intra 6 menses, si fuerit solutū intra decenniū; si etiā matrimoniū ultra h. temporis spatiū steterit, exceptiò hæc amplius nō competit.
2° Alterū beneficiū competens iis qui debent restituere dotē, dicitur beneficiū competentiæ sc.
q. beneficiū competit marito v. socero superstiti v. etiā liberis ex soluto matrimonio natis ē is hujus beneficii........
hæ personæ nequeunt cogi ad solvend nisi i.q. superē, honestæ eorum sustentationi sufficiat. — —
Postquā per alterius e conjugibus mortē nuptiæ fuerunt solutæ fas ē conjugē superstitē ad aliās nuptias transire, sed etiā Jus Rom: dū novas nuptiās nō prohibet, quodam° prohibere videtur, cū nonnullis poenis privatis soleat afficere eas personas, qui tales nuptias inierunt. Conjux superstes enī, qui ad alias transit nuptias, amittit, nō quidē usū fructū, sed proprietatē eorum bonorum quæ a defuncto conjuge ei fuerunt relicta, si tamē filii sunt superstites, quibus ea bonorum proprietas reservatur.
2 Talis conjux amittit pariter proprietatē eorum bonorum quæ forte habuit ex decessu alicujus filii v. filiæ ē is quæ successit una cū liberis

suis. 3° Nequit relinquere alteri conjugi, quam duxerit, plus quam reliquerit prioris liberis tori et quidem habito respectu ad minimum, si forte inaequaliter iis liberis reliquerit. Quemadmodum ex apparet istae caducitatis v. restrictionis poenae afficiunt conjugem ad alteras nuptias transeuntem; tantummodo quando adsunt filii ex 1° toro suscepti, non ante iis defunctis. Insuper mulier viro suo viduata, debebat per integrum annum expectare antequam ad alias nuptias transiret, qui annus vocabatur luctus v. luctuosus, secus notabatur infamia. Quemadmodum jam diximus, filii ex justis nuptiis nati, appellantur legitimi; natales et existimantur ex justis nuptiis originem habere, si nati fuerint VII mense post nuptias initas v. X mense post mortem conjugis, et quidem viri et perfecti. Contra talem liberorum statum non datur ante civiles leges directa probatio, sed tantummodo indirecta, ea videlicet quae oritur ex absentia v. impotentia viri, unde generale principium: pater est quem nuptiae demonstrant. Filii extra legitim. nuptias nati, dicuntur illegitimi; qui modo dicuntur filii naturales s. nothi s. vulgo quaesiti s. adulterini s. incestuosi. Filii naturales illi dicuntur quos homo matrimonio solutus susceperit ex muliere ceteroquin honesta; quae mulier appellatur concubina. Filii vulgo quaesiti sunt ii qui nati

sunt ex muliere quaestuaria, quae meretrix appellatur; adulterini: qui ex adulterio nati sunt, incestuosi, qui ex matre et patre, conjunctis s. cognationis s. affinitatis vinculo.

Filii oes illegitimi ante civ. leges infamiâ quidem nō inurruntur, sed tamen apud vulgus ob natalium turpi macula laborant, unde leges eos removent a publ. muneribus atq. eccl. eosdē excludit ab ordinibus et beneficiis. Ad delendā natalium maculā inventa fuit legitimatio.

Definiri pō actus quo quis illegitimus fingitur ex justis nuptiis natus; legitimatio olim ignota erat ap. Rom. inde nunquā de ea mentio fit in Pand. Instituta ē sub Impp. Xanis ē 3 cis ē species: 1e dicitur per subsequens matrimoniū, instituta a Const. M. 2o per oblationē curiae a Theod: min: inventa 3o per rescriptum principis, concessa ab Imp. Justin.

Legitimatio per subsequens matrimoniū tunc habetur, cum pater et mater alicujus filii illegitimi justas nuptias inter se contrahunt. Is filius fingitur tū temporis natus esse, cum jam nuptiae exsisterent. Ad hanc fictionē requiruntur termini habiles, i. e. ut pater et mater tales sint, ut inter eos fingi possint nuptiae. Sub h. respectu per subsequens matrimoniū nō legitimantur filii adulterini v. incestuosi

Filii per subseq. matrimonium legitimati redeguntur sub patris potestate et acquirunt omnia jura s. familiæ s. successionis non secus atq ex justis nuptiis nati fuissent.

Altera species ea erat quæ appellatur per oblationem curiæ, obtinebat cum pater filium illegitimum decurionibus offerebat, ut grave et operosum decurionis munus adiret. Filia vero illegitima, si nupta fuisset alicui ex decurionibus. Hæc legitimatio tantum pariebat effectum, ut legitimatus succederet quidem in hæreditate patris sui, non ante alios agnatos et cognatos. Quæ species sublato decurionum collegio amplius locum habere non potuit.

Ex jure cano: habetur legitimatio per professionem religiosam, cum filius illegitimus professionem emittit in aliquo ordine probato ex qua legitimatione fit capax recipiendi ordines eccl. etiam majores usq ad presbyteratum, non ultra, non vero habilis est ad consequendas dignitates eccl. Quæ canon. legitimatio effectus mere civiles non parit, unde filius tali modo legitimatus non acquirit successionis jura neq relate ad agnatos neq ad patrem suum.

3° legitimatio modo dicitur per rescriptum principis, cum nempe princeps v. ad preces patris legitimantis v. filii legitimandi

huic concedit legitimationis jura s. concedit, ut haud illegitimus habeatur. Quaenam sit hujus legitimationis effectus, erui debet ex verbis rescripti. Ordinarie non admittitur ad successionem in parentis, extantibus aliis haeredibus legitimis neque agnatorum v. cognatorum, si eorum bona sint proximis devoluta, quia principis decreta in detrimentum alterius dari nequit. Si quis tamen a principe obtinuerit legitimationem, haec non valet ad ordines sacros suscipiendos, sed necessarium est, ut praeterea venia impetretur ab auctor. eccl. quae auctoritas habetur in Epo si agatur de ordinibus min. in Rom. vero Pont. si quis debeat evehi ad ordines sacros.

De adoptione.

Tertium patriae potestatis fontem diximus esse adoptionem, quae civibus concessa est in solatium liberorum atque ad imitationem naturae, quam fuisse in usu etiam apud alias nationes, sed forsitan non tam frequenter, quam apud Rom: apud quos praesertim inserviebat conservandae familiae atque numinum domesticorum cultui. Adoptio defin: actus legitimus quo in liberorum jura adsciscitur is, qui natura talis non est. ~~Agitatur natura~~ adoptionis videnda: quae sint principia acquirendi patriam potestatem 2° quotuplex sit adoptio 3° quinam sint ~~adoptionis~~ arrogationis effectus, quinam effectus simplicis adoptionis s. imperfectae. —

Inquirimus adoptionem datam esse in liberorum solatium, a lege concessam

ē iis, orbq qui v. liberos nō susceperint v. susceptos jā amiserint.
Unde seq. adoptare nō posse illos, qui jā filios legitimos habent
nec adoptare posse eos, qui adhuc liberos procreare possunt, quē
adhuc censentur qui nondū 50. ætatis annū expleverint.
Diximq etiā adoptionē imitari naturā, unde seq. adoptan-
tē semper ætate debere majorē esse adoptando, ē quidē 18
annis debet major esse, si quis aliquē velit adoptare in
filiū, 36 annis, si in nepote. -
adoptare nō posse illū qui proli generandæ impos fuerit
adoptio quoniā ē patriæ potestatis fons, inde seq. adoptare
feminas nō posse, utpote quæ sunt impares patriæ potes-
tatis; possunt tamē ex principis rescripto. Duplex habetur
adoptionum species: 1or adoptio plena ē perfecta, cū quis adoptat
personā sui juris; 2a, imperfecta ē semiplena, cū quis adop-
tat hoiē juris alterq, qui. sc. patriæ subiit potestati.
Adoptio plena ē perfecta nuncupatur etiā arrogatio, q/
vocab. originē habet ex solemni rogatione, quæ fieri debe-
bat in comitiis calatis, cū quis vellet aliquē sui juris in
ma. patriā potestatē redigere. Cū ageretur de ~~[illegible]~~ civis
capitis deminutione necessariq erat universi populi consensq ad eā indu-
cendā. Sub Imper. ad validā arrogationē faciendā deside-

rabatur principis rescripto q. rescripto ut executioni mandaretur, dirigi solebat ad magistr. v. aliu virū prudentē, qui perpensis adoptionis causis ē explorata serio patris arrogantis s. filii arrogandi voluntate, concedebat q. postulatū fuerat.

Hujq partq fieri debet publ. instrumentū, ut semper de ejqdē memoriæ constet. Plures iiq insignes sunt arrogationis effectq. 1° civis qui erat sui juris, per arrogationē transit in potestate patris arrogantis, unde hic pater acquirit etiā usū fructū bonoq adventitioq quæ secū fert hic novq filiq. Filiq legitimq acquirit nomē patris, retento tamē nomine familiæ, ad quā ante pertinebat, paulisper inflexo. Ita Augustq adoptatq ab avunculo C. Julio Cæsare, oriundq ex familiā Octaviā, retinuit cognomē Octaviani. Acquirit etiā nobilitatē, domicilium, civitatē patris arrogantis, quā tamē civitatē suā amittat. Deinde acquirit agnationis jura, unde quotquot sunt patri arroganti agnati, fiunt etiā agnati filii arrogati, nō autē adipiscitur jura cognationis, utpote quæ ex commū stirpe derivant, neq nanciscitur jura affinitatis, unde si pater volens, ut uxorē habeat, hæc nō fit, arrogato mater, nuptiæ tamē ob reverentiā nō possunt inter has personas contrahi. – Filiq arrogatq fit etiā hæres necessariq patris arrogantis, unde si testamentū ca-

dat, requirit eum præterire v. aliq. causa justa exhæredem scribere, q. si ab intestato moriatur pater, non secus ac filii naturales legitimi, ei succedit; item pariter, si filius moriatur absq liberis, pater ab intestato ei succedit, si vero testamentum condat et prole careat, patri partem legitimam relinquere debet. – Cum vero agatur de re tanti momenti, et cum tanti sint ponderis effectus ex arrogatione derivantes, patet v. perfectum consensum requiri in utraq parte ad hunc actum expleud. – Qui consensus itaq cum ab impubere ob infirmam ætatem plenum consensum præberi nequeat, ideo nequit arrogari. postea tamen conversit Imp. Antoninus 2° sub cautela: 1° ut oes tutores in h. actu auctoritatem interponant; ut 2° arrogationis causa agnita et probata sit a magistratu competenti 3° ut arrogens per publ. instrum. promittat si forte pupillus moriatur ante pubertatem oia bona restiturum neq unquam aliq. rationabili causa eum emancipaturum. Q. si praeter arrogans v. emancipaverit aliq justa causa v. exhæredem scripserit, tunc ex suis bonis debet etiam quartam partem relinquere

Q. si adoptetur homo qui sit sub patria potest: non habetur adoptio perfecta sed imperf. ad quam perficiendam non est opus principis consensu, sed sufficit publ. magistratus decretum

requiritur autem consensus s. patris adoptantis s. patris in cujus potestate est filius adoptandus, non autem exigitur adoptandi con-

servq. Hujq actionis publ. instrum. fieri debet. Jā ad simpl: adoptionis effectq sciend ē, usq ad Imp. Justin. adoptionē imperfecta æq ac perfecta fuisse patriæ potestatis fontē. Princeps iste mutationē induxit, ita ut distinguend sit: utrū quis adoptetur ab ascendente v. a collateraneo v. etiā ab extraneo. Jā vero ......

si adoptetur ab ascendente, hic filiq subducitur a potestate patris sui ē fit filiq patris adoptivi, si vero adoptetur a collateraneo v. extraneo acquirit quidē aliquā necessitudinē cū patre adoptivo, sed adhuc patris natural: potestati subjectq manet. Si pater adopt. moriatur absq testamento, filiq adopt: imperfecte ei succedit ab intestato, si vero testamentū condiderit, poterit eū v. præterire v. exhæredatare.-

Tit. XII quibq modis jq patriæ potestatis solvitur.

Ad patriā potest. solvendā 3 rom. in jure occurrunt mi:
1° mors s. naturalis s. civilis, 2° eminens filii dignitas; 3° emancipatio.

Morte naturali s. patris s. filii patriā potestate solvi, clarū ē neq indiget demonstratione - Præter mortē naturalē patriā potestas solvitur etiā morte civ: quæ habetur in maxima v. media capitis diminutione. Ad quid obiter notand. capitis diminutionē quæ importat statq civ. mutationē, 3plicē esse speciei: maximā, mediā, minimā. Per maximā homo ex libero fit servq; per mediā

civis fit peregrinus. Minima importat familiae mutationē atq ex
eâ v. pater fam. fit filius fam: v. filius fam. fit pater fam.
Per maximā capit. diminutionē oīa civ. jura atq libertatē cū quis
amittat, censetur etiā amittere patriā potest: Idē dicend de media,
cū qui amittit civitate, etiā civ. juribus destituitur. Si quis tamē
fiat servus eo q. captivus factus fuerit ab hostibus, recuperatâ liber-
tate pariter patriā potest: recuperat. Idē dicto de eo, qui civita-
tē amiserit, ē deinde in civit: fuerit restitutus, quod adrn accidit Tullio.
II° loco solvitur patria potes: per eminentē filii dignitatē, quae
ad solvendā patriā potest: habetur 1° in episcopali Nov. 81
Patriā solvit potestatē 2° patriciatus ē patriciorum nomine nō
veniunt nobiles s. patricii, sed principis consiliarii
3° praecipui atq imediati principis ministri v. magistri equitum
v. praefecti urbi v. sacri scrinii custodis.
III° mo solvendae patriae potest: habetur in emancipatione, quae
defin: pō: patriae potest: relaxatio cū patris ē filii consensu
legitime expleta. — In rom. jure 3ex occurrit emancipatio-
nis species: 1a dicitur per aes ē librā ē duravit usq
ad Imp. Anast. 2a: Anastasiana 3a Justinianea.
in 1a emancipatione quae dicebatur per aes ē libra, locū habe-
bat ficta venditio 3us vicibus repetita ē 3na retrovenditio,

ita ut post eā pater filiū suū veluti servū manumittebat, ut super eū conservaret patronatus jura. Huic ritui solemniori adstare debebat magistratus, emptor, libripendens, attestatus cū quinque testibus.

2ª emancipatio Anastasii Imp. qui concessit, ut emancip. fieri posset per rescript. principis q. a magistr. executioni dabatur.

3ª simpliciorē in̄ invenit Justin: qui constituit ad emancipatione satis esse judicis competentis decreto. At ante hujus executione explorari debebat patris e filiū voluntas e causa ad emancip. impellens, hujus actus ante fieri debebat publ. instrumentū. Diximus ad perficiendā emancip. necessarium esse consensū tā patris emancipantis quā filii emancipandi; desunt tamen casus, in quibus filius, licet invitus cogi possit ad emancip. e vice versa. Filius invitus pō emancipari a patre in obus illis 14 casibus in quibus leges velut totidē rationes assignant, quibus filius exheredari possit a patre in testamento suo. Pater vero cogi pō ad filiū emancipand. in seqq. casibus: 1º si infante exposuerit; 2º si contra pietate animadvertat; 3º si prostituere tentaverit; si 4º q. legatū aut donatiōe acceptaverit ea lege, ut filiū emancipet; 5º si incestas nuptias inire tentaverit, quo extremo casu bona patris devolvuntur

filio, ita tamen ut patrem suum alere teneatur. Per emancip. pater amittit etiam usumfructum quo fruebatur in bonis adventitiis filii sui, potest tamen veluti emancipationis premium usumfructum horum bonorum sibi retinere

Tit. XIII usq. ad XX: De tutelis

Non raro contingit, ut qui tunc patrem amittant, cum ob infirmam aetatem praesertim ejus ope et praesidio indigeant. Hosce liberos relinquere indefensos non patiuntur leges: unde sollicite ad eos tuendos se convertunt atque cives assignant, qui erga eos patris vice fungatur. Hic civis ad tale officium destinatus dicitur tutor, ipsum officium tutela, quae defin: a Jcto Sergio Sulpicio: vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum qui se propter aetatem defendere nequit, jure civ. data v. permissa.

Tutela est vis et potestas cum coercitione conjuncta. Patriam potestatem exercet tutor erga pupillum suum in infantiae aetate. Dicitur potestas, videlicet facultas regendi et administrandi sed aliqua coercitione qua utitur tutor pro pupilli sui infantia usq ad finem tutelae. quae verba indicant non personam tutoris, prout voluit d. Sasso Bartholus, sed personam pupilli quae admodum voluit Accursius, etenim pupillus vere dicitur pro caput liberum i.e. homo sui juris, non autem protutor, qui pro h. munus genere etiam sui juris non sit, sed patriae potestate subjectus.

Ad defendend. eu qui

indicant 1º quis sit ille qui tutelæ subjaceat. Pupillus nempe, sc. civis sui juris, qui adhuc in impubere ætate sit constitutus; 2º ad quē finē instituta sit tutela: ad civē tuendū, ita ut potestas tutoris nō sit lucrativa, sed mere tuitiva.

Jure civ.: data erat permissa, quia quæadm. videbimus, aliquando leges tutorē permittunt, aliquando assignant. Unde 3es species:

1º tutela testamentaria, quæ habetur ex testam. patris fam.

2º tutela legitima, quæ datur a lege nonnullis determinatis personis.

3º tutela dativa, quæ assignatur a competente magistr. Antequā de singulis speciebus tractemus, præmittimus quædā monita:

1. Tutela quāvis per se nō sit officiū publ. tamē ad instar muneris publ. a legibus dicitur: 1º quia a legibus e publ. auctor: determinatur e regitur: 2º quia interē reipubl: pupillos indefensos nō manere.

2. Inde seq. h. tutelæ onus nequinē posse declinare, quia nemo pō recusare muneris publ: exercitiū.

3º Sed etiā totū officiū gratis administrand. ē, i. tamē nō prohibet q. si agatur de divitis pupilli patrimonio administrando, tutori pauperi aliqua retributio assignetur.

4º Sequitur etiā, huic muneri gerendo impares esse oēs illos qui

publ. muneris nō sunt capaces, veluti servi, peregrini, infames, mulieres, exceptis singulari privilegio a Justin: concesso matri ē aviæ.

De tutela testamentaria. Habetur, cū pater fam. in testamento tutorē assignat liberis suis s. in propria potestate constitutis ē pō ej9 mortē in alteri9 potestatē nō transituris. H. jus patri fam. concessū fuit a XII Tab: pater fam. uti legavit, super familiæ tutelæve suæ rei, ita j9 esto. Testamentaria tutela ut vī habeat sec. leges, necesse ē

1° tutela resultet ex testamento;

2° hanc tutelā testam: dederit pater fam: liberis suis, nempe qui adhuc sunt in pupillari ætate ē fuerint, dū conficitur testam. ē moritur pater fam. in potestate ej9; nō vero liberis emancipatis dari pō tutela. Liberi præterea

3° quib9 assignatur tutor, tales debent esse, ut mortuo patre efficiantur sui juris q. nō contingeret, si testam. confectū fuerit ab avo ē tutor dat9 fuerit nepotib9, qui superstitē habent patrē, etenī hi pupilli mortuo avo cadunt in potestate patris sui.

In testam. assignari possunt tutores oēs illi, qui publ. munus obire possunt; imō ē ipsi, quilicet actu fungi munere publ. nequeunt

sperari tamē pō, ut h. gerere queant, ex. gr: minor pō assignari tutor
ē durante minorenni aetate pupillo a magistr. dari debet protutore.
Leges civ. propterea dant patri familias facultatē assignandi tutorē liberis suis
quiā presumunt neminē praeter eū posse h. munq implere, praesertī
relate ad tutoris electionē, unde seq. nō posse assignari tutorē illū
qui testamentariō fuerit ignotq. Tutela testam: dari etiā pō ad
instar gēalis fidei commissi, unde nō solū in Testam. sed etiā in
codicillis a Testamentariis confirmatis tutor a patre filiis dari pō;
q. si pater tutorē praebuit liberis suis in codicillis Testa: nō confirma-
tis v. liberis jā emancipatis v. tutorē assignet mater v. avq ma-
ternq v. alter s. agnatq s. cognatq v. etiā extraneq, haec tutela ut
vī habeat, magistr: confirmatione indiget.

De tutela legitima.

Ea nuncupatur legit. tutela, quae assignatur a lege curbq pupilli
in aetate impuberi constitutis ē patre orbatis. Haec altera tutelae
species locū habet, deficiente testamentaria ē regitur h. gāli
principiō: ubi haereditatis spes, ibi tutelae onq, i.e. prae ceteris a
lege ad hanc tutelā vocantur, qui prae ceteris jq haberent ad inte-
statā pupilli haereditatē, si forte mortuq fuerit. Ut agnosca-
tur quisnā deficiente tutore testam: appelletur a lege ad tutelā ge-
rendā, inspiciendq erit intestatae haereditatis ordo ē juxta hunc ordinē ipsē

qui habet proximam, præ aliis tutelæ officium subire debet. –

<u>De tutela dativa.</u>

Deficientibus tutoribus s. testam. s. legitim. tutorem pupillis magistratus assignare debet, quæ tutela nuncupatur dativa ex verbis quibus utebantur magistr. in ea assignanda: do te tutorem. Dicitur etiam tutela quæ datur ex lege Julia Titia, quæ instituta fuit per legem latam sub Coss. Julio et Titio.

Sed fieri pot, ut etsi leges sint adm. sollicitæ de pupillorum tutela, eis tamen etiam tutela dativa desit eo q. magistr. ignoraverit in provincia sua pupillos absq tutore adesse. Id h. cavend leges facultatem dederunt 1° postulandi tutorem nedum agnatis et cognatis, sed etiam affinibus et amicis; 2° statuerunt, ut qui cum pupillo in judicio velit contendere, debeat postulare tutorem, secus actus erunt irriti; 3° Facta est necessitas matri tutelam recusandi v. ad alteras nuptias transeundo tutorem postulandi pupillo infra annum v. ab obitu viri v. ab initiis nuptiarum. 4° Si mater h. implere neglexerit elapso anno necessitas imposita est iis agnatis v. cognatis, qui spem habent succedendi in hæreditatem intestatam pupilli. Q. si et isti h. neglexerint una cum patre decidunt a spe successionis intestatæ.

Tit. XXI. De auctoritate tutorum.

Tutor erga illos, quor tutelā gerit duo praecipue officia habet:
1° pupillor personā agere
2° eordē patrimoniū rite administrare.
Primū officiū potissimū tutelae cōstituit, alterū tāquē accessoriū ei adjungitur. Cū tutor ē h. alterū officiū absolvere debeat, nēpe servandi ē rite administrandi pupillo patrimoniū, ut rite i. adimpleat, qūli principio statui poterit: Tutorē erga patrimoniū pupilli eā curā ē diligentiā adhibere debere, qua diligens ē prudens pater fam. uti solet in rebq suis. Relate ad h. officiū, quom° gerend sit, legendi sunt Tit: Digest: de administratione ē periculis tutelæ; Codicis vero de administratione tutelæ.
Nonulla sunt, quae tutori exprese prohibentur:
1° Convertere in propriā utilitate pecuniā pupillor, unde nefas ei ē mutuā v. sibi v. suis dare hanc pecuniā ē si i. egerit, maximas usuras solvere debet.
2° Nequit v. sibi v. suis pupillā desponsare. Ita pariter nequit tutor v. pupillū v. pupillā adrogare, nisi eodē tempore vitricq etiā sit.
Relate vero ad priq officiū, nempe ad personā pupilli
1° Tutor ei alimenta praebere debet eaq suppeditare juxta eā

mensurā, quā forte paterfam. in testamento suo decreverit. Q. si i. nō egerit pater, alimenta præstanda erunt v. sec. judicis decretu v. absq h. in ea mensura, quē juxta æquitate congruā putaverit tutor.

2° Curare debet tutor, ut pupillq bonis artibq ē disciplinis instituatur habito respectu ad ingenii indolē ē capacitate, nataliū conditionē ē patrimonii vires.

3°. Nisi pupillq alicui collegio educandq tradatur, curā illq educandi comittere pō matri, dumº neq inhoneste neq luxuriose vivat. A. si i. mater præstare nequit, eundē educand poterit tradere proximioribq v. agnatis v. cognatis, qui ad h. officiū præstand aptiores ei videantur. Imo hanc curā sumere debent illi, quibq ob hunc filiū paterfam. aliquid reliquerit; aliter quæ relicta eis sunt, amittent. —

4°. Verū præcipuū tutoris officiū erga pupillū consistit in auctoritatis suæ interpositione. Cū pupillq adhuc infans sit, tutor per se etiā nomine pupillo agit. Sed postquē infantia excesserit, pupillq per se agere pō interponente auctoritate suā tutore. Ē ante auctoritatis interpositio a tutore facta: Actq legitimq, per quē tutor probat q. pupillq agit. Dicitur actq legitimq stati q interponenda erat in ipse actione v. negotio.

Hic actus respuebat quamcunque conditionem et tempus, sed simpliciter et pure edendus erat. Praesens esse debebat tutor, unde nulla esset ejus interpositio auctoritatis, si facta fuisset v. per procuratorem v. per epistolam. His notatis sciendum nonnullis in casibus
1º auctoritatem tutoriam necessariam non esse;
2º in nonnullis inutiliter interponi;
3º in nonnullis necessariam et satis esse, in nonnullis necessariam quidem sed non satis.

1º Non putabatur necessaria in his negotiis, in quibus pupillus meliorem conditionem suam reddit, qui nullam contrahat obligationem. Unde ex. gr. potest pupillus absque tutore donationem accipere.
Neque est necessaria in iis rebus, in quibus ex rei ipsius natura pupillus obligationem contrahit, ut si damnum alicui attulisset. Ita si absque alterius jactura locupletior factus fuisset.

2º. Inutiliter interponitur tutoris auctoritas in seqq. casibus:
a) Si tutor velit cum pupillo suo in judiciis contendere, tum enim destinandus est a magistr. protutore in lite.
b) Si tutori interponenda esse auctoritas in rem suam, ex. gr. si agatur de adeunda haereditate, quam pupillus debet tutori suo restituere.
c) Si tutor velit emere aliquid ad pupilli patrimonium pertinens

H. vero nō prohibet, quī si bona pupillaria sub hasta vendantur, tutor posit pretiū offerre ē rē acquirere.

3º. Necessaria ē tutoris auctoritas ē satis ē, cū agatur de oībq illis negotiis, in quibq tuto pupillq obligationē cōtrahit, q. cōtingit in cōtractibq bilateralibq, in quibq utraq pars obligatione adstringitur nec nō in unilateralibq, in quibq pupillq obligatione adstringitur. Itē in adeunda hæreditate nec nō in acceptandis v. donatiōnibq v. legatis v. fide comissis, quibq aliqua conditio v. onq fuerit adjectu. Q. si pupillq absq tutoris auctoritate cōtractu bilateralē inierit, hic dicitur claudicare i.e. valet pro altera parte, ex parte vero pupilli rescindi pō, si tutor eu nō probet.

4º. Deniq in nonnullis pupillaribq negotiis tutoris auctoritas necessaria quidē, sed nō satis ē, cū requiratur etiā magistr. decretu celiaq solemnia a lege præscripta. H. evenire solet v. cū agatur de bonis alienandis pupilli imobilibq, aut mobilibq pretiosis, quæ servari possint —
v. ubi extinguend sit debitū aliq principale —
v. tandē si faciende sit solutio nō levis momenti.

Tit. XXII. Quibq modis tutela finitur.

Plures sunt casq, in quibq tutela finē habet, quoz aliū

pupillū respiciunt, aliī tutoris personā. Ex parte pupilli
1° Solvitur tutela, cū pupillus pubertatē attigerit;
2° Si forte ante pubertatē obierit per mortē naturalē;
3° per maximā, mediā, minimā capitis deminutionē, nā per maximā fit servus, per mediā peregrinus; per minimā filius fam. atqui neq servus neq peregrinus neq filius debent habere tutorē.

Ex parte vero tutoris finē habet tutela:
1° si tutor moriatur;
2° si advenerit dies v. impleta fuerit conditio, sub qua a patrefam. tutela data fuerat;
3° Si tutor maximā, v. mediā capitis deminutionē patiatur;
4° Deniq si removeatur veluti suspectus v. si judex legitimā ejus dē excusationē admiserit.

Tutela finitur pluribus actionibus, quaz duae cōpetunt pupillo contra tutorē, ~~tertia~~ vero tutori contra pupillū.
1.ª vocatur <u>actio directa</u> ē competit pupillo contra tutorē, ut rationē reddat gesti muneris sui, restituat res pupillares si quas habet, compenset damna, si quae forte ex culpa v. lata v. levi intulerit, īmo ē levissima, si ultro se periculo obtulerit perpetiendi damnū.
2.ª competit iterū pupillo vocaturq <u>de rationibus distrahendis</u>

ēq contra tutorē, si hic dolose quid interverterit atque rationes perturbaverit, etiāsi furandi animū nō habuerit. In qua hypothesi si tutor convictq fuerit, damnatur in duplū restituend. –
<u>3ª actio tutelæ contraria</u> cōpetit tutori contra pupillū ad indemnitate obtinendā pro expensis factis v. pro damnis perpessis in administrandis pupilli bonis.

<u>Tit. XXIII - De curatoribq.</u>

Hunc titulū evolventes, videbimq
1° quid ē quotuplex sit cura,
2° qui possint esse curatores,
3°, quibq detur curator
4° quæ sint curatoris officia
5° quibq in casibq curæ finē habeat
6° quæ oriantur actiōnes

<u>Cura</u>, quæ vocatur etiā curatio v. curatela, ita defin = Potestas administrandi negotia v. bona illiq, qui rebq suis quacūq ex causa per se superesse nequit. Curæ species 2ex ē: aliā <u>legitima</u> quæ a lege determinatur, aliā <u>dativa</u> quæ a magistr. decernitur, ignoto prorsq testamentario. Qui curā administrant, <u>curatores</u> vocantur atq curatores esse possunt oēs illi, qui possunt esse tutores, cū etiā tutela

habeatur ad instar muneris publici, unde h. quoq munq debent oēs suscipere, ē gratuito quidē, nisi adsit legitima excusatio.

Datur curator 1° iis, qui pubertate excesserint, sed nondū majorē ætate attigerint s. minoribq;

2° amentibq ē furiosis;

3° prodigis, sub quo nomine veniunt, nō qui suū patrimoniū obligurriunt, sed quibq ob tale vitiū jure bonoꝝ administratio fuerit interdicta;

4° mutis ē surdis

5° ventri s. foetui adhuc in matris utero latenti;

6° perpetuo morbo laborantibq;

7° hæreditati jacenti

Sciend. ē quoq olī nō fuisse morē, ut curator daretur minoribq, nisi petentibq, deinde ab Anton. Pio statutū ē, ut minores sub tutela manerent usq du curatorē obtinuissent atq ita facta necessitas curatorē postulandi.—

Præcipuū curatoris officiū cōsistit in recte administrando patrimonio illiq, qui ejq curæ subē atq in h. potissimū cōsistit discrimē inter tutorē ac curatorē, quia tutor primario datur personæ pupilli, secundario ejq bonis, contra curator directe datur ad patrimoniū administrand., indirecte etiā in personæ bonū.

Hinc tutor in pupilli negotiis auctoritatē interponit, curator nonnisi cōsensū. Atq curatoris consensq ad validitatē actuū, quos emittunt ei subjacientes, nonnullis in casibq nō requiritur, in nonnullis inutiliter praestatur, in nonnullis ē necessariq ē satis, denique in nonnullis necessariq quidē, verū nō satis.

Cessat autē curatela.

1° Iis in casibq, in quibq diximq cessare tutelā, si aetate excipias; imo tunc incipiet curatio, cū cessaverit tutela

2° Cessat etiā finitā causa v. cessante morbo, pro quo curatela data fuerat. Sciend tamē, nō illico postquā causa v. morbq evanuerit, cessare curationē, sed necessariū esse judicis decretū, curatela finē habuisse propter causae cessationē.

De actionibq quae originē trahunt ex cura similia quid asserend ē atq de fluentibq e tutela. Retinent etiā eadē nomina, adjuncto verbo „utilis" ex. gr. actio directa curatelae utilis. Quae actio nō ex legis verbis fluit, verū ex spiritu ejq.

Tit. XXIV. De satisdatione tutorū v. curatorū.

Ad praecavenda ea damna ē detrimenta, quae pati possunt patrimoniū s. pupillaꝝ s. alioꝝ, qui sunt curae subjecti, plura statuunt leges eaq ab initio v. tutelae v. curatelae.

Itaq tutores ē curatores debent .

1° juramentū præstare,
2° inventariū conficere,
3° satisdare.

1° Spondere debet juramento, se nil gesturos q. futurū sit in damnū administratoꝝ ē tutelâ v. curatelâ diligenter gesturos;

2° Inventariū constat descriptione diligentissima oīū reꝝ s. mobiliū s. imobiliū quæ pertinent v. ad pupillos v. curæ subjectos. E res quidē describendæ sunt cū finibꝰ suis, si de imobilibꝰ agatur, si vero de mobilibꝰ, describendæ sunt cū quantitate, pondere, numero (mensura). Recensenda etiā debita sunt, quæ cōpetunt personis istis nec nō debita, quibꝰ gravantur.

3° Debent satisdare v. ab officii sui initio i. e. datis fidei jussoribꝰ promittere, se damna cōpensaturos esse, si forte quæ allata fuerint.

Caveant magistr: qui tutores ē curatores probant, ut hæc serventur; aliter, si patrimoniū pupillare v. curatelæ subjectū damnū aliqꝰ passū fuerit, neq aliunde compensari queat i. e. a tutore v. curatore v. etiā fideijussore, ipsis compensandi onꝰ ferend erit. Hæc satisdatio per fideijussorē juxta hodiernos mores legesq nunquā v. fere nunquā exigitur, satisq censetur esse ad tutanda patrimonia hypothecā in prædiis

tutoris v. curatoris collocata.

Tit. XXV. De excusationibus tutorũ & curatorũ.

Diximus tutelã & curatelã haberi civi legibus ad instar muneris publici ideoq omes cives ad h. officiũ vocati debent illud suscipere nisi legitimæ adsint excusationes. Quaz aliæ voluntariæ sunt, aliæ necessariæ: illæ prosunt, si exhibitæ fuerint, hæ, etiamsi nõ fuerint allatæ, ab h. officio liberant. Volunt

Voluntariæ hæ quidẽ sunt:

1º Si quis in Urbe tres liberos, in Italiâ quatuor, in provinciis quinq legitimos & superstites habeat v. in bello pro patria amiserit.

2º. Administratores publ. ærarii v. bonoz fiscaliũ v. patrimonialiũ principis, eodẽ privilegio gaudent.

3º. Professores gramaticæ, rhetoricæ, juris, medicinæ aliarq scientiaz dumº publice eas doceant & sint ex numero.

4º Eodẽ privilegio gaudent, quibus i. officii nimis gravosũ esset, ex. gr. qui jã habent tres tutelas v. curatelas, v. unicã quidẽ, sed ita diffusã, ut pluribus æquivaleat.

5º. Qui chronicis morbis laborant, qui analphabeti sunt, qui LXXũ annũ expleverint, qui egestate laborant v. qui industriæ suæ vacare debent ad familiã alendã

6° Deniq ii qui capitales inimicitias habuerint cū patre pupillor, qui ante morte fuerint reconciliati. Idē valet de habentib9 v. habituris lite cū pupillis aliisq personis curæ subjectis. Quæ postrema causa potiq necessaria quā voluntaria existimandaē.

Causæ necessariæ ité plures sunt hæcq regula gnlis statui pō: quidquid civē ineptu facit ad officiū h. subeund, causa ē necessaria. Ex causis istis nonullas recenseing.

1° Excusantur milites in castris versantes.

2° ité monachi ac presbyteri. Presbyteris tamē licet propinquos tutelā suscipere ē annuente Epō, etiā pauperū.

3° excusantur cæci, amentes, furiosi iiq qui cū pupillo v. lite habent v. sunt habituri.

Quæ excusationes ut prosint, apud magistr. cōpetente congruo tempore exhibendæ sunt, sc. infra L dier intra C" ab Urbe lapidē. Q. si agitur de regione remotiore, dantur dies XX pro singulis milliariis, quib9 preterea addebantur diēs L ita tamē, ut numerq integer nūquā esse posset L diebq.

Magistr: legitimā excusationē admittere debet, quā si forte excluserit, licet ab ejq sententia appellare, ita tamē ut ipso appellationis tempore tutor v. curator subjaceat periculo tutelæ s. curæ, si forte sententia prima fuerit confirmata. —

Tit. XXVI. De suspectis tutoribq v. curatoribq.

Sec. jq rom. ii tutores curatoresq nuncupantur suspecti, qui jā susceptū tutelæ v. curatelæ munq ex fide nō egerunt. Tales habentur, qui ab initio tutelæ v. curatelæ juramentū nō præstiterunt 2° v. nō cōfecerint inventariū; 3° ex dolo v. socordiæ abstinere fecerint pupillū ab aliqua hæreditate v. legato acceptando; 4° qui pupillorq educationē neglexerint; 5° qui latitat, ne pupillo suo alimenta præstet.
Ad postuland tutorē v. curatorē suspectū habetur actio, quæ appellatur crimē suspecti. E quoniā cōsultiq ē, ajunt leges, malū impedire quā allato damno remedia quærere, ideo leges statuunt: 1° ut si forte tutore ē curatore, alii tutores ē curatores adsint, ut nō raro cōtingit, hi teneantur contra tutorē v. curatorē suspectū crimē tutelæ instituere, aliter erunt iis imputanda damna, quæ forte evenerint. Insuper data facultas istā actionē proponendi cōsanguineis, affinibq, amicis, imo etiā mulieribq, dumo honestate, verecundia commendentur. Quibq oībq deficientibq fas ē magistr: ex officio suo tutorē ē curatorē suspectū arcessere.
Postquā crimē suspecti fuerit instituta, interdicenda administratio ē tutori v. curatori. Condemnatq vero plane removeatur. Quæ remotio facienda erit cū infamia, si fuerit de dolo cōvictq, sine infamia, si de culpa tantū. Imo gravioribq poenis plectendq

erit, si grave aliq. scelus in pupillum admiserit.

Lib. II.

Tit. 1. de rerum divisione et acquirendo dominio.

Quæcumque existunt et hominibus aliquam utilitatem afferre possunt, in Rom. jure res nuncupantur. Res dividuntur

1° in eas quæ sunt juris div: et quæ sunt juris hum.

Res juris div. quæ a Justin. appellantur etiam res nullius, sunt eæ quæ ex hom. commercio desumptæ, religionis actibus sunt destinatæ, quarum rerum 3 admittebant species Rom. penes quos, aliæ erant sacræ aliæ religiosæ, aliæ demum sanctæ.

Res sacræ sunt quæ Diis superis dicatæ erant v. a pontificibus v. a principe, cujusmodi erant delubra, templa, ædes sacræ, aræ, donaria.

Res religiosæ appellantur illæ, quæ dicantur Diis manibus v. ea loca, in quæ hom. corpora fuissent illata. Denique

Res sanctæ erant illæ, quæ v. dicatæ sunt Diis semonibus sc. heroibus qui in Deorum coetum fuissent relati v. etiam res quæ sanctione aliqua contra violatores fuissent munitæ: civitatis moenia, portæ, pomoeria, v. etiam plebis tribuni, legati.

Res autem juris hum. illæ dicuntur, quæ in hom. commercio sunt et hom. commodo sunt destinatæ, illæ videlicet, quibus homines uti possunt

s. ad propriã necessitatẽ s. etiã ad propriũ commodũ. ẽ utilitate. Res hæ dividuntur in communes

2° publicas

3° universitatis

4° privator, quæ rer distinctio ex stoicor schola prodiit; etenĩ isti admittebant 3ẽ respubl. Prior quæ dicitur maxima, ea ẽ quæ hum. societatẽ complectitur, in qua oẽs hoẽs comprehenduntur ẽ per universas orbis regiones extenditur, quor princeps, auctor ẽ gubernator Deus; Altera respubl: instituitur ab iis hoibus qui aliquã nationẽ efformant. Tertia ea ẽ societas quæ habetur in aliquo collegio, ad q. pertinent plures hoẽs, qui sunt ex aliquo populo v. natione. Jã vero, cũ respubl. absq bonis s. subsistere nequeat, ideo res quæ pertinent ad maximã rempubl. dicuntur communes, quæ ad mediã, publicæ, quæ vero ad minimã, dicuntur universitatis. Demũ res privator dicuntur, quæ alicujus familiæ v. civis patrimoniũ constituunt.

Res communes a Justin. dicuntur etiã res naturæ nullius, illæ sunt, quar proprietas penes neminẽ ẽ ẽ quar usq cunctis hoibus permittitur. Duæ ear sunt classes, etenĩ aliæ natura quidẽ communes sunt, sed pñ factũ alicjs. possunt in alicujs dominiũ cadere, ut volucres, pisces, feræ, conchilia, margaritæ, coralia. Aliæ sunt

ejq naturæ, ut in nullig possessionē venire possint ē tantū eor usq permittatur, veluti aer, lux, sol, stellæ, aqua profluens, mare, maris littora etc. Mare ad res communes refertur, tamē ex consuetudinē ē legibq ea maris pars, quæ sit alicui finitima regione, existimari debetur ad eandē pertinere regionē, tanta extensione, quanta per arma defendi queat, unde huic populo jq ac fas ē prohibere, ne per hujq modi maris partes hostibq advehantur arma, alimenta, merces nec nō exigere aliq vectigal a navibq quæ transeant.

Res publicæ pertinent ad aliquē populū s. rēpubl. ita tamē, ut proprietas reipubl. sit, usq vero singulis civibq: ex. gr.: portq, viæ nationales, flumina, etc. qui usq ex mutua benevolentia ē mutuis compensationibq etiā peregrinis permittitur

Res universitatis pertinent ad aliquā urbē v. collegiū v. corpq, usq vero pateat oibq, qui sint ex ea urbe, collegio, corpore, quō sunt viæ municipales, plateæ, theatra, balnea, curiæ etc. Atqui distinguend ē, res quæ sunt universitati ab iis quæ pertinent ad universitatis patrimoniū, v. quæ destinatæ sunt, ut fiat satis expensis ē sustentationi universitatis. Deniq

res privatæ, in cujq patrimonio v. realiter v. per fictionē existunt. Per fictionē, q. intelligend ē in ordine ad hæreditatē jacentē, etenī hæc res s. jacens hæreditas nō ē in alicujq dominio: nō vetere dominū habet,

nō hæredē, qui priusquā acceptaverit hæreditatē, ejus dominiū asserturus nō ē. Ne igitur primi occupantis fiat res illa, leges fingunt v. pertinere ad defunctū dom. v. ad speratū hæredē. Res penes Rom: distinguebantur etiā in mancipi ē nec mancipi.

Res mancipi debebant vendi per æs ē librā, ē in quarū redditione evictionē venditor præstare debebat: prædia italica, prædiorū rusticorū jura, servi, hæreditates, lapides pretiosi.

Res cæteræ appellantur nec mancipi, quæ proinde nō desiderant solenniorē ritū in redditione neq. jus tribuebant ad evictionē. Hanc vero sustulit etiā in rebus mancipi Justin. Imp.

De acquirendo rer. dominio.

Vidend. quid sit dominiū?

quotuplex sit dominiū?

qui sint naturales m. ad rer. dominiū acquirend.

Dominiū: def: solet: jus in re corporali, ex quo facultas nascitur cæteros ab eadē re excludendi pro lubitu v. eadē disponendi rem nō penes quēcunq. eā vindicandi nisi v. lex v. conventio v. testatoris voluntas obsistat.

Dominiū appellatur jus videlicet potestas ratiōni ē legibus conformis, dicitur in re corporali cj. intelligend. juxta rom. leges nec. quas res tantumodo corporales cadere poterant esseq. in privatorū dominio; res

vero incorporeae non dicebantur esse in dominio, sed in bonis. Ex quo facultas nascitur, ceteros ab eadem excludendi, etenim dominus habet facultatem arcendi quemcumque a re sua. De ea pro lubitu disponendi - hanc alteram facult. dominium importat, ut sc. alicujus rei dominus possit pro lubitu s. inter vivos s. mortis causa disponere, unde poterit rem v. vendere v. mutare v. collocare v. alicui donare et quovis modo uti, imo etiam abuti. Eandem rem penes quemcumque vindicandi. - i. etiam importat rei dominium, ut rei alicujus dominus valeat rem suam alicubi justo titulo ablatam ab quocumque possessore repetere, actione reali, quin alter opponere possit aliquod obstaculum, vi cujus verus dominus repellatur. Nisi v. lex v. conventio v. testatoris voluntas obsistat - etenim fieri potest, ut ea facultas, qua pollet dominus in re sua aliquam restrictionem patiatur v. ob legem v. ob conventionem v. ob aliquem actum ultimae voluntatis.

De speciebus dominii.

Duplex agnoscitur dominium: aliud plenum et perfectum, aliud semiplenum imperfectum. Habetur perfectum, quando ad unum eundemque hominem pertinet alicujus rei s. proprietas s. fructus et utilitas. Dominium vero semipl. occurrit, cum ad unum dominum pertinet rei proprietas, ad alterum ejusdem rei fructus et utilitas, unde in dominio sempl. s. imperf. 2 adsunt domini, unus, ad quem spectat proprietas s. dominus directus, ejus dominium appellatur utile, alter ad quem pertinet rei possibilitas hic dicitur dominus utilis ejusdem

dominium appellatur utile. Ex. gr. emphyteusis.

A dominio penitus distinguitur possessio, non existit in jure sed potius in facto, defin. enim: phys. alicujus rei corporalis detentio, ut plurimum dominium cum possessione conjungitur, ut fieri pot, ut alter habeat rei dominium, alter ejusdem rei possessio. Ex. in fure. Unde lex refert, utrum possessio sit justa, etenim cum de possessione agitur, non ad jus, sed ad factum attenditur et 2^ex admittitur possessio, altera mere naturalis, altera civilis. Possessio naturalis habetur, cum quis aliquam rem possidet absque opinione domini, sed v. sciens v. prudenter dubitans, se illius rei dominum non esse, ex gr. commodatarius, conductor, fur

Possessio civ. tunc habetur, cum quis possidet cum opinione domini v. putans, se dominium habere illius rei quam possidet, tales non habent possessionem domini nec non bonae fidei possessores. Ad hanc rem 2^ex causa concurrere debet: altera proxima, consistens in facto v. actione, quâ quis rem aliquam redigit in suam potestatem, acquirendi animo, altera remota, consistit in ratione jurid. vi cujus res, quae antea non erat nostra, in nostrum transiit dominium. Ex gr. vendo Titio librum eumque trado. Liber qui antea erat in meo dominio, jam in Titii dominium translatus est. In hac dominii acquisitione 2^ex causae: altera remota, adventitia, quae dicitur titulus; altera consistit in traditione. Titulus rationem reddit, quare per modum acquirendi res mea in dominium Titii tran-

sūt. Ad acquirend rez dominiū utraq causa intercedere debet, unde si causa tantum remota intervenerit, i. titulq, deinde nō intervenerit causa proxima, dominiū rei acquisitū dici nequit, unde gule illud principiū: Titulq nō dat jq in re, sed tantū ad rē; ad acquirend jq in re, praeter titulū accedere debet traditio.

Tit. multiplex esse pō: aliquando justq, aliquando injustq.

Justq Tit: qui talis ē naturae, ut idoneq sit ad transferend rei dominiū. donatio, venditio, dos etc. q. si tit. nō sit par ad transferend rei dominiū, dicitur injustq: commodatio, conductio.

Tit. justq aliquando verq aliquando falsq:

verq quando revera intervenerit, falsq si allegatur quidē, sed re vera nunquā adē. Deniq habetur etiā tit. putativq v. coloratq, i.e. ē qui natura sua idoneq quidē esset ad transferend rei dominiū, sed in casu, de quo agitur, talis nō ē ob quēdā defectū.

Multiplices pariter sunt acquirendi mi atq ex origine potissimū distingui: nonnulli ortū habent a jure nat: ē mi naturales, nonnulli a jure civ. originē trahunt appellanturq civ:

Nobis tantū nunc loquend de mi natural:

Mi naturales sunt:

1° occupatio

2° accessio

3° traditio

De quibus in iis in distinctis capitibus

Cap. 1. De occupatione.

Occupatio defin: phys: alicujus rei, quae nullius sit, apprehensio, cum animo sibi habendi ut suam

1° occupationem locum habere non posse, nisi in rebus corporalibus, quae dominum non habent;

2° ad occupationem faciendam necessarium esse actum phys: per quem ea res quae nostra non erat in nostram potestatem redigitur.

3° hunc actum phys: debere esse hum: (i.e. conjunctum cum animo sc. faciendi rem suam. Actus phys: per quem res nullius apprehenditur, talis esse debet ut rei naturae respondeat et quae omnes probaverint, unde feram bestiam occupo, cum v. retibus v. visco eam capio v. telis ejus vitam extinguo - Gemmam occupo, cum eam manu apprehendo; praedium occupo, cum fructum lego, caespitem excido, per illud tanquam dominus perambulo. Ex quibus patet rem nullius per occupationem non fieri illius, qui prior eam viderit, sed qui prior eam sustulerit. Occupationis 3 habentur species, quae sunt:

1a inventio

2a venatio;

3a occupatio bellica

Inventio: occupatio rei nullius, quae v. fortuito v. data opera inve-

niuntur. Tales esse possunt gemmae, lapilli, coralia, conchyliae. Ad hujusmodi occupationis speciem referuntur etiam res derelictae necnon thesauri.

Res derelictae dicuntur illae, quas homo sanae mentis et sui juris abjecit cum animo abdicandi dominium. Ex qua definitione patet: tanquam res derelictas existimari non posse res deperditas v. jactas.

Res deperditae sunt illae vel inconsulto Domino deciderunt v. alicubi ex oblivione relinquuntur; domino restituendae sunt, si appareat. Neque ullum premium inventor poterit in earum restitutione exigere nisi v. Dom. illud promiserit v. leges probaverint.

Res jactae quae ad majorem calamitatem vitandam projiciuntur, veluti merces ad liberandam navem in mare projectae, quae res non secus, ac deperditae, Dom° si appareat, sunt restituendae.

Thesauri nomine juxta rom. leg: venit quaedam vetus pecuniae depositio, cujus non extat memoria, ita ut Dom. non habeat. Notand. pecuniae vocab. nunc latiori nunc strictiori significatione usurpari. – si latissime accipiatur, pecuniae nomine venit quidquid privatorum patrimonium constituit, unde res s. mobiles s. immobiles ita vocantur

Secundum minus lato pecuniae nomine veniunt res mobiles, magis adhuc restricto nummi veniunt. Ita pecuniae nomen in 2° sensu usurpatur: res mobiles pretiosae. Olim disputabatur, ad quem pertinere debebat thes.; an scil. ad inventorem an ad Dom. praedii.

nonnulli priorem sententiam tenebant, eo q. cum thes: dominum non habeat, res nullius factus est et propterea censetur fieri primi occupantis.

Diversam sententiam alii profitebantur, dicentes, potius thes: pertinere ad dominum praedii eo q. ut ipsi ajunt, thes: inspici debet veluti istius praedii accessorium. Tam vero illius debet esse accessorium, cujus est principale.

J. instituit Imp. Hadr: quam legem: in cod. de thesauris, quam Justin. confirmavit. Sec. istam legem distinguitur utrum thes: repertus fuerit in proprio fundo an in fundo alterius an in fundo publico.

1. Si repertus fuerit in proprio fundo v. fortuito v. data illicita opera, totus est Dom., si data illicita opera, totus ad fiscum pertinere debet.

2. Si thes. reperiatur fortuito in fundo alterius, dividendus erit inter inventorem et dom. fundi.

Si repertus fuerit data licita opera cum Dom. venia, totus pertinebit ad Dom. fundi. Si data opera illicita, dividetur inter Dom. fundi et fiscum v. rempubl.

3. Si thes. repertus fuerit fortuito in fundo publ. dimidiabitur inter fiscum et inventorem. Si data s. licita s. illicita opera totus erit fisci.

Inter eos qui fortuito thes: reperisse existimandi sunt, recensentur coloni, ad agrum colend. conducti, nisi forte conducti fuerint ad thes. inveniend.

2. De venatione.

Altera occupationis species habetur in venatione: occupatio belluarum s. volatilium s. terrestrium s. aquaticarum. Si agatur de occupatione volatilium, quae vocabulo magis proprio appellatur aucupium; si de bestiis terrestribus, generico venationis nomine retinetur; si demum de piscibus agatur, dicitur piscatio.

Belluae, praesertim terrestres, dividuntur in feras, mansuetas, mansuefactas.

Nuncupantur ferae, quae hominis servitutem et societatem horrent, libere vagantur, nonnisi vi capi et retineri possunt et semper vagandi cupidinem retinent.

Appellantur mansuetae, quae hominis societate gaudent, abeunt et redeunt, avolant et revolant.

Dicuntur mansuefactae, quae natura sua ferae sunt, sed hominis industria feritatem deposuerunt et tamquam mansuetae abeunt et redeunt, avolant et revolant.

Cum occupatio cadere tantum possit in res nullius, patet per venationem occupari tantum posse feras bestias, non autem mansuetas, neque mansuefactas, quae jam dominum habent. Neque occupare possumus eas feras, quae inclusae sunt septis v. silvis in claustris, neque pisces natantes in lacubus, stagnis aut fluminibus publ. neque eos existentes in iis locis, in quibus jus piscandi quis

praecipient

Esse obj: occupationis eas feras, quae ab aliquo fuerant quidē captae sed libertatē recuperarunt, necnō eas bestias quae mansuefactae pristinā libertate redeptae denuo sunt. Nullus pariter existimand examē apiū, antequā quis illud incluserit. Sic etiā nullius factu esse dicend examē apiū q. quis incluserat quidē, sed deinde aufugerit, si dominus adhuc illud nō persequatur v. persequendi nō habeat facultatē. Disputatur inter JCtos rom. ad quē pertineat fera, ab uno vulnerata, ab altero capta. Juxta Trebatiū Testā disting: utrū vulnerator adhuc ferā vulneratā insequatur nec-ne; si insequatur, vulnerantis esse, si eā deseruerit, capientis. Justin. alterā sentent. probavit, docentē, ferā vulneratā semper esse capientis, quia multa cōtingere possint, ob quae fera a vulnerante capi nō possit. Stand ē locor cōsuetudinibq.-

Juxta rom. leges fera ē venatoris, etiamsi quis eā ceperit in praedio alterius. Si tamē absq Domini venia fundū ingressus erat, tenebatur de injuriā, de damno illato etc.

De occupatione bellica.

Vigebat juxta rom. leges h. principiū: quae ab hostibq capimus, nostra fiunt. Cū igitur ab hoste hostis aliqua eripuerit, ea quae jure belli occupavit, jam in dominiū suū redegit. J. tamē nō prohibet, quin hostis, si possit, res suas recuperet. Quae vero capiuntur in bello, ordinarie nō

fiunt militum, sed respubl. atq respubl. semper cedunt bona imobilia erepta. verum ea omis praeda, quae facta fuerit a militibus stipendiariis, ad praedam interspicienda missis. Pertinet autem ad milites ea praeda, quae facta sit a militibus non stipendiariis suo nomine v. quae a duce militibus extra stipendarii promissa fuerit, ad eos virtutem excitandam.

Cap. 2. De accessione.

Definiri pot. accessio: modus acquirendi incrementum, quod rei nostrae adiungitur. In accessione 2. consideranda sunt:

1um quod alteri rei adiungitur est accessorium vocatur, quamquam forte pretiosius sit

2um, cui res conjungitur est appellatur principale, quamquam forte sit minus pretiosum.

Ex. in aureo annulo, in quo gemma fuerit inclusa: gemma, quamvis pretiosior, habetur veluti ~~pretio~~ accessorium; annulus vero, quamvis minus pretiosus, nominatur principale.

Quibus principio statuitur, accessorium sequi principale, unde in illius dominio erit accessorium, qui dominus est principalis. Si tamen res accessoria absque detrimento separari queat, domino reddenda est, si nequeat separari, cedit quidem principali, sed is qui alterius rem accessoriam lucratus est, debet domino rei pretium praestare, nemo enim debet locupletior fieri cum alterius jactura.

Accessio cum 3 generis

1a naturalis 2a 3a

naturalis repetenda ex beneficio
industrialis obtinetur ex hominis industria et labore
mixta demum repetitur partim ex naturae beneficio, partim ex hominum industria.

De accessione naturali.

Sub se V. complectitur species:

1. foetura
2. nova insula
3. alluvio
4. vis fluminis
5. alvei mutatio

Foeturae v. foetus nomine venit accessio per generationem substantiae animatae. Foetus inspicitur veluti pars matris ideoque sanguinem matris accessionem atque inde ad illum jure dominii pertinet foetus, tanquam res accessoria ad quem pertinet mater, tanquam res principalis; ejus erit agnus, cujus est ovis ejus vitulus, cujus est vacca, ejus equus, cujus est equa.

Insula vocatur pars terrae aqua circumfusa. Disting. utrum insula nascatur in mari an flumine; si orta sit in mari, cum mare sit res communis, insula cedere debet 1º occupanti. Sed quoadusque superius innuimus, si orta insula sit in parte maris alieni littori prope adjacenti, ejus erit insula, cujus est pars illa maris. Q. si nova insula nascatur in flumine disting. est utrum agri adjacentes sint limitati an arcifinei. Agri dum

limitati; si habeant terminos manu factos: sepem, murum, v. aggeris ad certam mensuram. Q. si neque terminos neque manufactos habeant neque ad mensuram sint lati, sed naturales, veluti montem, fluvium, nuncupantur arcifinei. Jam vero si insula nova oriatur in flumine et agri sint limitati, haec insula fit reipub. Si vero sint arcifinei, tunc habito respectu ad eorum frontem, erit illorum qui hos agros adjacentes habent.

Alluvio defin. incrementum latens, quo quid paulatim alicui agro adjicitur, ita ut cognosci nequeat quantum et quo tempore adjiciatur. Incrementum q. habitum fuerit per alluvionem, cum dignosci nequeat, ad quem pertinuerit, erit dominorum agrorum quibus adjectum fuerit, si agri sint arcifinei, erit reipub: si agri sint limitati.

Vis fluminis, quae avulsio habetur, cum agri pars uno veluti impetu a flumine abstrahitur et ad alium agrum defertur. Cum in hujusmodi hypoth. agnosci possit, cujusnam sit partis adjectus dom.us; ideo avulsae terrae dominium non amittit, unde poterit hanc partem vindicare et pergere ad eandem terrae partem, sed antea praestita cautione domino agri per quem transire debet, de damno infecto. Amittit terrae dominus illam

ita ut arbores, quae in ea erant, radices in alterius agro egerint, haec pars tamquam derelicta acquisita censetur, cui parte fuerit haec adjecta.

Alvei mutatio, cum sc. flumen suum alveum relinquens, novum sibi aperit. Quae: ad quem pertineat vetus alveus, quem flumen dereliquit. Disting. inter

agros limitatos ē arcifineos. Si limitati sint, alveq derelictq erit resp. Si vero sint arcifinei, habito respectu ad eos fronte, ad eos pertinebit alveus derelictq.

De accessione industriali

Accessio industrialis subdistinguitur in 3 alias species: in specificationē, admixtionē, adjunctionē. 1° Specificatio ē accessio novae formae ad materiā praeexistentē. Ex. gr. vas ex massa argentea v. vestis ex lana cōfecta. Disputabatur inter Rom. Ictos, ad quē pertinere deberet res specif.: utrū ad materiae dominū an potius ad specificantē. Sabiniani putabant rē specificatam accessionis jure esse domini materiae eo q. asserebant, forma absq materia subsistere nequit. Contrariā sententiā Proculejani tenebant, dicentes, rē specific.: accessionis jure pertinere ad specificantē, eo q. forma det esse rei, ut ipsi ajebant. Mediā sententiā, quā Justin. cōfirmavit, alii sequuti sunt, dicentes: utrū res specif. ad praecedentem formē massā reduci possit necne; si reduci possit, esse domini materiae, si nequeat, esse specificantis.

Unde si agatur de vase argenteo, res erit illiq, ad quē massa pertinebat argentea; contrariū dicend., si vas cōfectū fuerit ex alterq marmore. In utroq casu, cū nemo debeat cū alterq   inde in priori casu dominq materiae specificanti debet operae pretiū cōpensare.

De admixtione.

Defin. admixtio: duar. v. plurī substantiar. s. unius s. diversi generis cōfusio. Si materiae unitae sint eadē massa generis admixtionis nomē retinet, si

vero liquidae sint, vocatur admixtio hujusmodi cōfusio. Relate ad admixtionē in diversas sententias abeunt rom. juris interpretes, sed juxta probabiliorē sententiā, in admixtio reduci potest ad hos 3 casus:

1° v. facta ē om̄ dominorum

2° v. fortuito evenit

3° v. voluntate unius.

Si om̄ dominorum voluntas cōvenerit ad perficiendā admixtionē, massa fit communi ē pertinebit ad oēs, pro rata, habito respectu ad materiae unitae quantitatē ē qualitatē.

Si facta fuerit casu, si res admixtae separari nequeant, massa pariter fit com̄unis ē pro rata ad diversos dominos pertinebit.

Si unius facta fuerit voluntate, si res unitae separari nequeant, massa quae resultat, pertinet ad commiscentē, ita tamē, ut debeat aliis dominos cōpensare, in quo factus sit locupletior, imo, si mala fide egerit, damna etiā reparare debebit, etiā poenae subjiciendus erit.

De adjunctione.

Defin. adjunctio duar. v. plurā materiar. unio ē adhaesio, ita ut ex oībus una fiat, q. cōtingere pō

1° per inclusionē, si gemma

2° per intexturā, si purpura tua intexta fuerit in toga mea

3° per adferruminationē aut applumbaturā, veluti si metallū tuū dan-

afferruminatur v. applumbatum fuerit metallo meo tanquam principali;
4° per scripturam, si quis scripserit in charta mea;
5° per picturam, si quis pinxerit in tabula mea,
6° per inaedificationem, si quis materiam suam aedificaverit in praedio meo.
Tum vero cum accessorium sequi debeat principale, quidquid adjunctum fuerit cedit illi, ad quem pertinet pars principalis.
Nonnullis JCtis Rom. placuit idem judicium ferre relate ad picturam, sed contrarium sensit Gajus, quem secutus est Justin. contendens, ut non pictura cederet tabulae, sed tabula picturae, quia ridiculum esset, opus Apellis aut Parrhasii vilissimae tabulae cedere debere.

De inaedificatione

Domus quae ex aliena materia constructa sit, cedit loco, ubi aedificata est. Si tamen quis mala fide in suo praedio cum alterius materia aedi
Dominus materiae non amittit dominium, sed nequit materiam vindicare nec vi illam repetere, potest tamen agere contra aedificantem ad assequendum duplum per actionem   . Si vero domum aedificaverit in praedio alterius distinguendum est utrum is egerit mala fide an bona: si male, in poenam domum aedificatam amittit, quae jure accessionis transit ad dominum praedii, si vero bona fide aedificaverit, rursus distinguendum est utrum adhuc domum aedificatam possideat necne, si illam possideat, jus habet ad retinendam domum, usque dum ejus aestimatio a domino fuerit soluta, si vero non amplius possideat, nullam habet

actioně ad pretiū repetend.

De accessione mixta.

Accessio mixta, quæ parti ex natura, parti ex hoīs tres inferiores cōplectitur species:

1° plantationē

2° sationē,

3° fructuū perceptionē

1. Plantatio consistit in infusione arbusculi facta solo, ut ibi radicetur adolescat atq progerminet. Relate ad accessionē, quæ per plantationē fieri solet, h. 1ᵘᵐ obtinet principiū quidquid solo implantatur, solo cedit, nisi commode possit avelli; cedit solo, si jā radices egerit, nō ante, si nondū radices egerit eo q. cōmode avelli pō.

2ᵘᵐ principiū: arboris dominiū ex radicibq decernitur, unde si arbor plantata fuerit in 2ᵒʳ dominorq cōfinio, ita ut in utriq domini fundo radices egerit, hæc arbos pro indiviso ad utrūq dominū pertinebit

2. Sationis nomine venit, seminis commixtio facta solo, ut nascatur ē deinde progerminet ē fructq reddat. Relate ad sationē h. statuitur gale principiū q. nullā exceptionē admittit: quidquid seritur, solo semper cedit. Verū cū nemo debeat fieri locupletior cū jactura aliq, inde pretiū seminis jq habet repetendi nō solū bonæ, sed etiā malæ fidei sator, quia satio merito recensetur inter necessarias expensas quæ

fieri debent ad fructus percipiendos, ut vero, quemadmodum inferius videbimus, — expensas necessarias quae factae sunt ad quaerendos et colligendos fructus, jus habent repetendi non solum bonae, sed etiam malae fidei possessor.

3. Perceptio fructuum. Fructus nomine venit quidquid res ad usum nostrum progerminat v. ex cujus occasione aliqua percipitur utilitas v. etiam utilitas quae ex rei occasione et usu percipitur. Fructus alii dicuntur naturales, alii industriales, alii demum civiles.

Fructus naturales illi sunt, ad quos ferendos potissimum natura concurrit accedente v. nulla v. minima hominis arte et industria. Ex-gr: glandes, nuces, etc.

Fructus industriales illi vocantur, qui percipiuntur ex hominis arte industria, veluti vinum, oleum, etc. Denique

Fructus civiles vocantur illi reditus, qui percipiuntur ex rei occasione et usu, quemadmodum pensiones, quae percipiuntur ex domorum locatione.

Fructus alii dicuntur pendentes, alii percipiendi, alii percepti, alii exstantes, alii demum consumpti.

Pendentes illi sunt, qui adsunt quidem, sed nondum ex solo fuerunt sejuncti v. exacti.

Percipiendi illi dicuntur qui licet collecti et exacti non fuerint honeste tamen poterant colligi et exigi

Percepti qui jam collecti et exacti fuerunt

Exstantes qui percepti et exacti sunt, et adhuc exsistunt apud

illū, qui eos collegerit e exegerit. — Denique

consumti illi dicuntur, de quibus pater fam. jā disposuerit s. quos possessionē nō amplius habeat. Unde consumti erunt fructus, quos pater fam. in usū suū adhibuerit v. vendiderit v. permutaverit v. donaverit v. quibus abusus fuerit. — Videamus nunc ad quos pertineant fructus accessionis jure. Fructus pertinent ad dominū. Illius enī accessoriū ē cujus ē principale, sed aliquando fieri pō, ut accessionis jure fructus ad eū pertineant, qui rei dominus nō ē, sed ejusdē rei possessionē habet, ubi denuo distinguitur: inter possessorē bonæ ac malæ fidei. Malæ fidei possessor nunquā fructus suos facit, unde tenetur restituere domino una cū re surrepta oēs fructus s. pendentes s. exstantes s. consumptos s. percipiendos. E contra possessor bonæ fidei habetur loco dominī, ac proinde percipiendo fructus facit suos. Apparente igitur domino debet rē una cū fructibus pendentibus possessor bonæ fidei restituere, restituere etiā debet fructus extantes, nemo enī debet fieri ditior alterius jactura. — Sin autē fructus fuerint consumti, si ex hisce fructibus possessor bonæ fidei locupletior factus nō fuerit, juxta oēs sententiā ad restitutionē nō tenetur. Quid vero si ex fructibus perceptis ac consumptis ditior exstiterit. Ad juris rigorē de hisce fructibus tenquā suis disposuerit neque eos restituere tenetur, quā sententiā plures ex clarioribus Iti

fruentur, excipienter tantum casu, ubi agatur de rerum universitate, ex. gr. de haereditate, in quo casu, aiunt, illi, qui locupletior factus sit, restitutionem faciendam. Non desunt, qui contendunt tenendam sententiam, magis utpote aequitati conformem. Necessarium non puto animadvertere possessorem bonae fidei non obligari ad compensationem fructuum percipiendorum, neque ad aliquid teneri in culpa, si res deterior facta sit vel perierit.

Notandum possessorem bonae fidei teneri ad restitutionem rei una cum fructibus pendentibus, perceptis et percipiendis a die, a quo lis per dominum de rei dominio ei nota est per judicis citationem, etenim ab eo die praesumitur in eo bona fides cessasse.

Cum agitur de restitutione rei facienda vel a possessore malae fidei vel etiam fidei bonae, quaestio oritur ponunt circa jam factas expensas. Opportunum hic erit, quos canones ad expensarum restitutiones rom. leges constituant.

Aliae expensae dicuntur necessariae, aliae utiles, aliae voluptuariae, aliae demum delicatae.

1. <u>Necessariae</u>, factae ad servandam rem quae aliter vel erat peritura vel in deteriorem statum abitura
2. <u>Utiles</u> quae factae fuerint ad rem reddendam fructuosiorem
3. <u>Voluptariae</u> factae neque ad rem servandam nec magis fructuosam reddendam, sed ad exornandam et amoeniorem efficiendam.

4. Delicatæ denique appellantur quæ rem partim fructuosiorem partim jucundiorem reddiderint.

Videamus quibus juribus polleant possessores s. bonæ s. malæ fidei ad recuperandas has expensas? Si agatur

1º de expensis necessariis ad eas recuperandas jus habet possessor s. bonæ s. malæ fidei cum possessionis jure fruitur, usque dum tales expensæ fuerint compensatæ. Inter expensas necessarias sunt computandæ factæ ad quærendos, colligendos, servandos fructus.

2. Expensas utiles jus habet repetendi possessor bonæ fidei atque gaudet jure retentionis usque dum eas assequatur, nisi fuerint adeo graves, quas nullo modo dominus fecisset factus, in quo casu erit prudentis judicis arbitrium decernere, quid sit agendum. Possessor vero malæ fidei jus non habet ad postulandam expensarum utilium compensationem, sed tantummodo jus habet auferendi res, quæ talibus expensis fuerint comparatæ, dummodo fieri possint absque rei detrimento et ablata aliquam utilitate domino possint præstare.

3. Si agatur de expensis voluptariis ad earum compensationem jus non habet neque malæ neque bonæ fidei possessor, tantummodo uterque eas auferre poterit, dummodo ut supra jam diximus, ablatio fiat absque rei detrimento et res ablatæ utiles sint domino suo. Quod si agatur

4. De expensis delicatis, iis aptanda sunt quæ diximus tum de latæ ad

utiles expensas tu ad voluptarias.

Si forte ex altera re fructq jã fuerint percepti, cõputandi sunt ad cõpensationẽ expensar, etiãsi necessariœ fuerint, sĩ a bonœ fidei s. malœ fidei possessore factœ.

Cap. De traditione.

Traditionis vocabulũ hic sumitur nõ gramatico sed juridico sensu, quatenq importat m.ᵘ acquirendi rei dominiũ. Definiri põ traditio: actq quo quis jq animũq habens alienandi rẽ corporalẽ ex justo titulo in alterũ acceptantẽ transfert. Breviter expendemq hujq definitionis verba.

1° dicitur actq s. acquirendi dominii mq

2° quo quis habens jq ẽ animũ alienandi quœ verba indicant:

a) ad legitimã traditionẽ faciendã requiri, ut quis rei traditœ sit dominq, agitur enĩ de transferendo dominio, sed nemo q. nõ habet, in alterũ transferre põ, siquidẽ rei dominiũ nõ habens nõ põ ejq dẽ rei dominiũ in alterũ transferre. Si tamẽ traditio rei facta fuerit bona fide, præsertĩ si recipiens bona fide acceperit, dominiũ quidẽ rei illius nõ transfertur, sed acquiri põ per legitimã præscriptionẽ.

3° ut tradens nõ solũ rei dominiũ habeat, sed et jq alienandi ẽ animũ habeat. Jq quidẽ alienandi; unde pupilli nequeunt abq tutoris

convenit rē tradere, etiamsi sint domini ejus rei. Quae res clarius patet ex justo titulo, quem diximus intercedere oporteret, si. abit talis titulus qui per se sit transferendo dominio, unde si quis alteri rem suā comodet, cum comodatio justum titulum nō constituat, ex comodato rei dominium nō acquiratur.

4° rē corporalē etenim juxta rom. legem tantum in° res corporales utpote quae tangi possunt, dicuntur tradi, res vero incorporeae dicuntur quasi tradi, quae quasi traditio in unius exercitio ē alterius patientia consistit.

5. Neq fieri pō traditio, si alter renuet acceptare. —

Traditio alia realis ē, alia ficta.

Realis habetur, cum revera res corporea, quae a domino possidetur, in actu physico in alterum acceptantem traditur, ē quidē, si agatur de rebus mobilibus, haec traditio vocabulo magis proprio vocatur de manu in manum translatio. Si vero de immobilibus agatur, appellatur in possessionem immissio. Ficta vero ~~traditio~~ ea dicitur, quae a lege fingitur intervenisse, quamvis re vera nō habuerit locum, pō esse v. symbolica v. brevis manus v. longae manus.

Symbolica traditio tunc habetur, cum loco rei tradendae traditur symbolum aliquod quod indicat per hujusmodi signum tradita esse rei possessionem. ex. gr. venditur domus, tum habetur ejus domus facta symbol. traditio cum venditor emptori claves tradit.

Traditio brevis manu intercedit, cum quis alteri tradiderit rem suam ex titulo non justo eamque ex titulo justo tradidisse declarat.

Longae ante manu oritur traditio quando res tradenda acceptanti v. a longinquo monstratur v. in conspectu ejus ponitur v. apponitur custos. In foro stat etiam alia ficta traditio et quidem admodum frequens quae dicitur per constitutum possessorem, quum quis rem aliquam possidet jure dominii et eandem alienans, et tamen adhuc possidens declarat se possidere nomine alterius.

Opportunum hic erit nonnulla adjicere de diversis modis quibus traditio fieri potest, nam v. simpliciter fit et pure, v. sub conditione v. sub modo v. sub causa v. sub demonstratione v. sub die.

De conditione.

Conditionis nomine venit circumstantia aliqua v. casus adjectus ex cujus existentia v. non existentia ejusdem actus vis v. effectus pendere debet. Conditiones aliae dicuntur impossibiles, aliae impossibiles

Impossibiles quae stantibus naturae legibus impleri nequeunt. Secus possibiles dicuntur. —

Possibiles conditiones dividuntur in honestas et inhonestas s. turpes. Honestae illae sunt, quae non contradicunt neque rationi neque legibus, secus dicuntur inhonestae et turpes atque id notandum q. in jure conditiones inhonestae et turpes impossibilibus aequiparantur, sc. sunt impossibiles

impossibilitati morali.

Conditiones honestae aliae cōsistunt in faciendo et appellantur <u>affirmativae</u>, aliae in nō faciendo, quae <u>negativae</u> dicuntur. Aliae nuncupantur <u>dividuae</u>, quae per partes impleri possunt, aliae <u>individuae</u> quae scindi in partes nequeunt. Praeterea aliae <u>casuales</u> dicuntur, quae suspendent ab incerto eventu, aliae <u>potestativae</u> quae pendent ex nostra voluntate, aliae <u>mixtae</u>, quae parti ex incerto eventu, parti ex nostra voluntate pendent.—

Deniq cōditiones nonnullae possunt respicere tempq praeteritū nonnullae tempq praesēs, nonnullae futurū. Quae tempq v. praeteritū v. praesens respiciunt, appellantur resolutivae quia actq ex ea conditione pendens, valet nec ne, prout exstitit jā nec ne cōditio. Quae vero tempq respiciunt futurū, nuncupantur suspensivae, quia actq vi et effectu suspendunt, usq ad conditionis implementū.

<u>De modo</u>

Modq hic significat finē, ob quē aliquis rē suā cōcedit. Ex. gr. do tibi quingentos libellos, ut filiā pauperē tuā dotare possis. Qui finis apponi pō v. in utilitatē ipsiq accipientis s. in tertii utilitatē. Si ad accipientis utilitatē, nihil refert, utrū ille m. impositū impleverit. Si vero mq appositq fuerit ad utilitatē tertii, tunc mq iste debet impleri, secq cōcedens repetere pō rē traditā.

De causa

Causa ea dicitur, quae induxit concedentem ad rem suam alteri tradendam, quae causa esse potest vel movens seu principalis, vel tantum impulsiva seu secundaria, porro si deferit causa movens ex defectu voluntatis in concedente actus irritus judicandus est. Causa vero impulsiva seu secundaria ea appellatur, causa quae jam ad concedendum paratum, eundem ad id praestandum alacriorem reddit. Unusquisque videt actum manere robur suum, etsi causa impulsiva falsa fuerit.

De demonstratione.

Demonstrationis nomine venit vel designatio rei vel personae cui quidem ~~personae~~ personae cui res conceditur. Ea potest esse vel enuntiativa vel taxativa enuntiativa dicitur quae designat quidem qualitatem vel rei vel personae ita tamen, ut etiam qualitate deficiente intelligi possit, quaenam sit res quaeve persona. Ideoque stat actus, etiamsi demonstratio falsa sit. Demonstratio vero taxativa ea dicitur, quae ita rem vel personam determinat ac decernit, ut ea deficiente intelligi nequeat, quid tradens voluerit. Ex. gr. si quis in testamento scripserit: Lego Sempronio amico meo, domum meam, quam ad Campum Martium possideo, neque ulla ibi inveniatur domus, quae ad testatorem pertineat.

De die.

Diei nomine venit circumstantia temporis actui apposita, ex qua ejusdem actus vis ~~pendere~~ pendere debet.

1. dies aliquando dicitur certus, aliquando incertus. Certus appellatur, si agnoscatur et esse venturum et quando sit venturus. Si vero alterutrum ignoretur vel quod magis est neutrum agnoscatur, dies appellatur incertus.

Sin autem ita apponitur dies, ut actus vim sustentat et nonnisi ex eo tempore s. die adveniente actus vim habeat, actus hujusmodi dicitur ex die et terminus appositus dicitur terminus ad quem s. ad obligationem contrahendam. Ex. gr. Testator legaverat amico suo Sempronio tria libellarum millia, ita tamen, ut ea esset acceptura post tres annos a morte sua. V. dies ita apponitur, ut actus vim habeat usque ad determinatum tempus, atque omni suo robore destituatur post ejusdem temporis lapsum, quae in hypothesi actus dicitur in diem et terminus appositus appellatur ad quem s. terminus ad obligationem finiendam. Ex. gr. Lego Servio famulo meo alimenta per X annos a morte mea.

In jure aliquando dicitur dies cedere, aliquando venire. Hae phrases diversas admodum significationem important. Dicitur dies cessisse, cum quid debet alicui praestari, sed a judice peti non potest, dicitur vero venire dies, cum non solum quid praestandum est, sed etiam jure postulare potest.

Tit. II. De rebus corporalibus et incorporalibus.

In h. titulo Instit. alteram tradidit rerum divisionem, easdem distinguens in corporales et incorporales. Corporales eas dicit, quae tangi possunt

videlicet quæ sub sensus cadant, in h. Stoicorum secuta doctrinam qui omnes res ad tactum reducebant. Incorporales vero illæ appellantur res quæ tangi non possunt, cujusmodi sunt jura. Quæ (tandem non possunt tradi neque possideri, quia hæ res non in nostro patrimonio esse possunt neque nobis tradi nec possideri) dicuntur tamen quasi in bonis esse, quasi tradi et quasi possideri. Quæ quasi traditio rerum corporalium consistit in unius patientia et alterius exercitio.

Res corporales aliæ sunt immobiles, aliæ mobiles aliæ .

Res immobiles nuncupantur quæ de loco ad locum asportari nequeant, quales sunt ædes, agri, silvæ.

Ad res immobiles referuntur ea quæ dicuntur vincta aut fixa, qualia sunt fructus pendentes, armenta a , dolia majora, portæ, fenestræ, columnæ, ea res quæ necessariæ sunt ad perpetuum rei immobilis usum et securitatem.

Res mobiles quæ citra detrimentum de loco ad locum asportari possunt, cujusmodi naves, utut amplissimæ, sive quæ jacturam patiuntur, moveri possunt. Talis est domus suppellex. Ad res mobiles referuntur ea quæ dicuntur . v. cæsa - ex: gr: lapides excisi - hujus generis arbores cæsæ, fructus collecti,

Res ivæ appellantur, quæ virtute interna se movent cujusmodi sunt cuncta animantia

Res corporales dividuntur in fungibiles et non fungibiles.
Fungibiles illae nuncupantur, quae adhiberi nequeunt nisi consumantur, quemadmodum panis, vinum, oleum, nummi.
Res autem non fungibiles illae sunt, quae possunt adhiberi salva earum substantia, quemadmodum sunt libri et ordinaria domestica supellex.
Res incorporeae consistunt in juribus atque cum inter jura servitutes recenseantur, ideo Tribon: occasionem sumit, ut de servitutibus loquatur.

Tit. III De servitutibus praediorum.

Servitutes, de quibus hic agitur longe differunt ab iis, de quibus in primo libro locuti sumus, etenim ea servitus, de qua ibi egimus, talis est ut illi subsit noster homo, e contra servitutes, de quibus nunc agendum nobis proponimus, talem praeferunt naturam, ut nostrae res eis possint subjacere atque de hic servitutibus agentes videre debemus:
1° Quid sit servitus?
2° Quae praecipue servitutum divisiones?
3° Quae sint praestantiores urbanorum praediorum servitutes? quaenam rusticorum praediorum? denique
4° Quibus modis servitutes aut acquirantur aut serventur aut ~~amitt~~antur?
1. Servitus definitur jus in re ~~alterius~~ aliena, vi cujus dominus aliquid pati vel non facere tenetur in re sua, in alterius utilitatem. Ac quidem

1. Servitus dicitur jus habito respectu ad eum qui fruitur servitute non autem ad eum cujus res servituti est obnoxia, etenim relate ad eum servitus dicenda obligatio est. Dicitur in re aliena, quod indicat servitutis jus consistere non in re propria, sed in re, quae ad alterum pertinet, etenim res nostrae non nobis serviunt, jure servitutis, sed jure dominii. Et contra servitutes proprie quae dicuntur quae consistunt in re aliena ac dicuntur formales. De quibus agimus. Haec verba indicant, in quo potissimum consistat servitutum Sc: ob servitutem dominus tenetur in bonum alterius v. pati v. non facere nunquam autem servitutes atque inflit servitutum distinctio, sci. quae aliae appellantur affirmativae et consistunt in patiendo, aliae negativae, quae consistunt in non faciendo. Servitus transitus est affirmativa, servitus non altius est affirmativa. Servitutes dividuntur etiam in personales et reales s. praediales, atque ut dignoscatur, utrum servitus sit personalis an realis respectus habendus est non ad id quod servit sed ad id cui servitus praestatur. Etenim quod servit in omnibus servitutibus semper res est. Si res servitutem praestet rei v. etiam personae sed rei intuitu servitus dicenda erit realis, si vero directe personae inserviat, servitus dicitur

Quatuor recensentur servitutes

1° Usus fructus

2° Usus
3° Habitatio
4° Opera servorum. De quibus personalibus servitutibus in h. titulo non agitur, sed inferius tractabitur. Hic agend. tantum de servitutibus realibus.

Servitus realis tunc habetur, cum res inservit rei, scilicet prædium prædio, unde necessario 2 saltem prædia haberi debent ad hujusmodi servitutem constituendam, unum quod servitutem præstat, dicitur prædium serviens alterum quod servitute gaudet et appellatur prædium dominans.

Illud etiam juxta romanas leges requiritur ad servitutem habendam, ut ejusdem servitutis causa sit perpetua. Causæ nomine hic venit, cujus v. habendi in prædio nostro servitus constitue

Quæ causæ perpetuitas, semper habetur, si servitus sit ex natura, etiamsi non præstet v. etiam ex facto hominis etiam Dominium prædium ad servitutem præstandam semper sit paratum, ex. gr. servitus transitus.

ex consuetudine illam etiam exsisti servitute quæ forte causam perpetuam Agrimatoris ex hoc usu servitutes in continuas et discontinuas.

Continuæ vocantur quæ perpetuum usum præstent, ex. gr. servitus oneris ferendi. Servitutes vero illæ dicuntur

quæ usū continuum nō præstent ex-gr: servitq transitq
Dividuntur etiā in rusticas ē urbanas. Ad dignoscend utrū sit servitq rustica an urbana, habendq ē respectq nō ad prædiū serviens, sed ad prædiū dominans, unde habetur servitq urbana, si prædiū dominans sit urbanū, etiā si forte serviens sit rusticū.
E contra occurrit servitq rustica, si prædiū dominans sit rusticū, quamvis serviens sit urbanū.
Atque ad distinguend urbanū prædiū a rustico habendq ē respectq ad locū, ubi prædiū situ sit, quæ adnū Jcto Venatio placuit — neq atū sit domq v. ager, quæ adnū Paulo placuit sed prædii ejq dē destinatione, unde si prædiū sit ad habitand v. voluptate captandā erit dicend urbanū, etiā si forte extra urbē sit positū. Si fundq sit destinatq ad colligendos v. conservendos fructq v. rei pecuariæ v. aliis economicis usibq, erit aestimand rusticū, etiā si forte in urbe situ sit.
Vidend nunc ē quæ sint præcipuæ inter urbanas servitutes:
<u>1. De servitute oneris ferendi.</u>
Ea servitq habetur tū cū vicini paries v. columna debet sustinere domū v. domq parte vicini sui. Incognitū ē quis debeat expensas facere, si forte paries, qui onq sustinet, fatiscat, nonnulli putarunt, has expensas ferendas esse a domino

nō vero eo q. servitutis naturæ i. importet, ut dominus prædii servientis nunquā

Alii tamē Uti cōtrariā sententiā tenuere, dicentes, ipsā naturā hujus servitutis importare, ut ii. dominus fundi servientis parietem mū stabilē servet, unde etiā expensas facere debet, ut illū servet in tali statu, atq. ideo hanc priorē servitutē dicunt anomalē. Si forte illius ni quæstio oriatur, considerandæ sunt diversæ

Ultera sententia videtur communiter recepta, quāquā altera videtur juri magis cōformis.

2. Servitus tigni immittendi. Porro tignorum nomine juxta rom. leges veniunt oīa ea elementa, quæ sunt necessaria ad domū ædificandā v. ad vineā colendam, quāadm. saxa, trabes, ferramenta, calx, arena, tegulæ. Tā vero habetur servitus tigni immitendi, cū domino alicujus domus licet immittere trabes, ferramenta, lapides in parietē domus alterius ita ut hæc super utraq. domū quiescant.

Si determinatus fuerit tignorū numerus v. statutus finis, ad quē ea servitus ordinata ē, nō licet domino fundi dominantis plura immittere tigna, quæ excedant numerū v. fini nō respondeant. Unde si excesserit poterit dominus prædii servientis privata etiā auctoritate ea tigna destruere. E cōtra ffa esit pro arbitrio quot velit tigna

committere, si neq numero neq finis fuerit determinatus.

3. Servitus tigni projiciendi consistit in jure, ex quo licet domino domus suae tigna ita projicere ut super vicini praedium promineant. Huc referuntur stillicidia, moeniana, quae habentur in pariete ad conspectum. Si ii qui gaudebat hac servitute, tigna latius protrahat, dominus fundi servientis non potest privata auctoritate ea destruere sed debet id postulare a competenti magistratu.

4. Habentur aliae servitutes quae dicuntur v. stillicidii v. fluminis avertendi aut stillicidii et fluminis non avertendi.

Stillicidii nomine venit aqua guttatim a tecto decidens, fluminis vero nomine ea aqua, quae in canalibus collecta praeceps ab alto cadit. Habetur haec servitus cum quis habet jus demittendi aquam tecti sui v. per stillicidium v. per flumen in vicini praedium. Servitus vero stillicidii v. fluminis non avertendi tunc habetur, cum quis tenetur non avertere stillicidium v. flumen, sed permittere ut fluat in alterius praedii utilitatem puta praedium irrigendi etc.

5. Servitus altius non tollendi et altius tollendi. Qui habet praedium aliq. potest in eo aedificium construere v. jam constructum pro lubitu illud attollere usq. ad sidera, nisi quae lex prohibeat.

Jam vero si quis impetraverit a vicino suo ne altius tollat domum suam jam habetur ea acquisita servitus, quae dicitur altius non tollendi.

Quæ servit᷑, si nō fuerit ab altero acquisita, nunquā inducta intelligitur, etiāsi a tempore iñemorabili semper res in prædio ita steterit. Habetur etiā servit᷑ altius tollendi, sed in quo cōsistat, nō cōveniunt DD. Videtur naturæ servitutis magis cōsentanea ea sententia, quæ tenet, hanc servitute cōsistere in facultate altius ædificandi in pariete alterius domus ad utilitate propriæ domus, ex. gr. ad lucē immittendā.

6. Succedunt servitutes luminis aperiendi v. nō; servit᷑ ne lumini officiatur e servit᷑ prospectus v. ne prospectui officiatur. Luminis nomine hic venit fenestra, per quā lux ingreditur. At tunc quidē habetur servit᷑ luminis aperiendi, cū quis in pariete alterius fenestrā aperire pō ad suæ domus utilitate. Ut intelligatur, in quo cōsistat servit᷑ luminis nō aperiendi, sciend cuilibet alicujus domus domino fas esse, quot velit fenestras pro lubito in suo aperire. Jā vero si quis obtinuerit a vicino suo, ne in ejus domo fenestræ aperiantur ad sui prædii utilitate, jā cōstituta habetur ea servit᷑, quæ dicitur luminis nō aperiendi. Notand etiā relate ad pariete, ne lumini officiatur: quisq pō domū suā, seclusa servitute, altius ædificare, etsi ex h. facto vicini fenestræ obstruantur. Si igitur dominus vicinæ domus impetraverit

a vicino suo, ne quid faciat, lumē fenestras suas impediens, occurrit ea servitꝰ, quæ dicitur „ne luminibꝰ officiatur."
Servitꝰ prospectꝰ s. ne prospectui officiatur, in eo distinguitur a servitute, ne luminibꝰ officiatur, ut hæc posterior consistat in fenestris luciferis, prior in fenestris prospectivis. Fenestræ luciferæ illæ dicuntur, quæ destinatæ tantū sunt ad lucē imittendā, unde possunt etiā clausæ esse v. cancellis munitæ. Neq his fenestris censendæ sunt officere plantæ, quæ ex adverso surgant. Fenestræ vero prospectivæ dicuntur, quæ nedū inserviunt ad imittendā lucē ē aërē, sed etiā quæ dant intuitū, nō solū in vicini ædem, sed in remotiores quoq regiones ad amoenitatē ē jucunditatē. Unde si habeatur hæc servitꝰ prospectꝰ s. ne prospectui officiatur, nihil pō agere vicinꝰ, istā servitute patiens, q. iminuere possit domꝰ vicinæ prospectū jucundū. Notand præterea in servitute prospectꝰ prædiū serviens nedū esse posse finitimū, sed etiā remotū, ita situ, ut hujꝰ prædii dominꝰ nihil facere debeat q. amoeniori prospectui impedimentū opponat.

7. Præter servitutes urbanas hucusq recēsitas plures aliæ habentur, quas inter frequens etiā occurrit ea, quæ

dicitur servitq cloacæ, vi cujq licet ædiū nostrar sordes in vicini areā emittere viciniq tenetur ad locū cavū præbend, ubi recipiatur colluvies.

Haberi etiā pō servitq fumi imittendi, sub qua nō ille fumq intelligitur, qui mᵒ ordinario ex alterig domo latrinis imittitur, sed extraordinariq atq imodicq.

Habetur quoq servitq aquā effundendi aliæq hujqmi quæ facile intellegi possunt, in quonā cōsistent.

Opportunū vero videtur, hic nonulla adjicere de muro vestibuloq cōmuni.

Murq quidē divisoriq duas inter ædes v. duos hortos, si nequeat probari, ad quē exclusive pertineat, præsumitur cōmunis esse, ita ut dimidiū muri pertineat ad dominū uniq, altera pars dimidiata ad dominū alteriq domq v. horti. q. idē dicend de spatio vacuo inter duas domos v. de   inter duo prædia. Jā vero in muro cōmuni quisq dominq ex parte sua facere pō quæ libuerit, dūmᵒ detrimentū alteri nō inferatur. Unde pō ex. gr: pariete ex parte sua ornare, imagines v. tabulas appendere, scala amovibilē applicare, poterit etiā caminū aperire, dūmᵒ dimidii fines nō egrediatur, ē dūmᵒ nullū detrimentū alteri obveniat.

De comuni vestibulo q. in pluribus domibus commune ē, advertend pariter nihil novi in eo facere posse unum ex dominis q. aditum reddat penibiliorem, sine aliorum dominorum consensu. Quid vero si fecerit?

Distinguend utrum id fecerit altero domino ignorante,

v. 2° sciente eodē, sed nō probante,

v. 3° si i. factum sit cum alterius domini consensu

In primo casu fas ē domino qui novum opus ignoraverit, h. opus destruere in altero casu nō poterit novum opus destruere, sed tantummodo postulare, in 3° casu nihil facere pō, sed probare debet, cum q. consenserit.

De servitutibus rusticis

Plurimae hae etiam servitutes agnoscuntur. De frequentioribus agemus.

1. Servitus transitus, consistit in jure, ex quo civis per vicini praedium transire pō, ut ad suum praedium se conferat. Quae servitus nunc latius nunc minus late habetur, etenim si jus illud in eo consistat, ut quis per alterius praedium ire possit tantummodo v. pedes v. eques v. lectica, haec servitus dicitur itineris. Si vero quis facultate habeat agendi per alterius fundum v. jumenta v. armenta v. currum transabitē haec altera species ab agendo dicitur servitus actus. Si vero quis per alterius fundum ducere possit currum onustum, trabes trahere v. etiam tigna erecta transferre, haec servitus dicitur viae. Haec porro latissima species ē.

Quā late patere debeat servit9 v. itineris v. act9 v. viæ, ordinarie definiri solet inter cōtrahentes. Si forte nihil fuerit cōventū aut in dubio res decernenda erit ex prudenti judicis arbitrio. Sec: XII Tab: latitudo VIII pedū in porrecto XVI in anfractu.

2. Servit9 aquæduct9, vi cuj9 quis pō ducere aquas per fundū alteri9 ad sui prædii utilitatē. Si quæstiones oriantur circa hujusmi servitutē, potissimū cōsulendæ erunt diversor: locor: consuetudines.

3. Servit9 aquæ haust9, cōsistit in jure hauriendi aquā ex alteri9 fonte v. puteo ad nostri prædii utilitatē. Q. si fons v. pute9 sit expurgand9 v. reficiend9, expensæ sustinendæ sunt, n. a domino fontis v. putei n. ab oīb9, qui aquæ haustu fruuntur.

4. Plures aliæ servitutes rusticæ habentur, quæ tamē faciles sunt intellectu; ita haberi pō servit9 tritici in alteri9 area terendi v. uvas in alteri9 torculari exprimendi v. arenā eximendi v. calcē coquendi v. pecq in alteri9 fundo pascendi v. gregē in alteri9 rivo aquandi

Quōm° servitutes reales acquirantur, serventur, amittantur.

Relate ad servitutū acquisitionem distinguend: utrū agatur de necessariis an voluntariis. Necessaria servitus habetur, quando ea deficiente dominus prædio suo uti nō pō ex gr: si quis nequit ad prædium suū se cōferre, quin per viciniū prædiū transitū habeat.

Si agatur de servitute necessaria ē dominus fundi servientis renuaverit illā concedere ob justum pretium, qui hac indiget, implorare pō magistratus officium, qui juxta necessitate servitute decernere poterit soluto justo pretio ē cū minimo fundi servientis detrimento

Servitutes aute voluntariae acquiri possunt:

1° per conventionem,

2° per actu ultimae voluntatis

3° per legitimā praescriptionem.

1. Acquiri possunt per conventionē, si dominus fundi servientis servitutē super eundē fundū alteri aut donet aut vendat aut immutet. Quae conventio dat illico jus ad rē, nō aute jus in re, ad q. consequendū necessaria ē quasi traditio. Dominus etiā utilis pō servitute in praedio emphyteutico tandiu duraturā, quandiu duraturū sit utile dominiū, nec prohibetur dominus directus servitute concedere, dummodo exercenda sit absq ullo dominii utilis detrimento.

2. Per actu ultimae voluntatis acquiritur servitus cū quis v. per testamentu v. per codicillos cū alicui legat, in qua servitutū specie nō requiritur quasi traditio, ut jus in re acquiratur.

In servitutibus quae acquiruntur s. per conventionē s. per actu ultimae voluntatis fas ē concedenti conditiones ē restrictiones apponere, ex. gr. ut quis servitute utatur v. alternis solū diebus v. nō nisi statutis horis, v. ex. gr. ut in

servitute transitus quis transire possit in aliqua ~~certum~~ specie v. in determinato vel pondere, et si hæ conditiones repugnare videantur servituti naturæ.

3. Per legitimam præscriptionem acquiritur servitus, quæ si quis non vi, non clam, non precario, bona fide servitute usus fuerit per X annos inter presentes per XX inter absentes. — Temporis intervallum cum bona fide conjunctum jam satis est, ut consideretur ut justus titulus.

Relate ad servitutes, quæ per præscriptionem obtinentur, distinguendum inter affirmativas et negativas servitutes. Si de affirmativis res agatur, in quibus dominus fundi servientis aliquid pati debet, certum est diuturnam temporis lapsum satis esse ad eas acquirendas. Sin autem de negativis agatur quæ in non faciendo consistunt, satis non est ut aliquis non fecerit in suo, ex. gr. fenestras non aperuerit v. altius non sustulerit, etiam per tempus longissimum, ut dicatur servitus acquisita. Sed ad istam servitutem acquirendam requiritur, ut dominus, in cujus fundo servitus negativa dicitur constituta, aliquid facere voluerit, ex. gr.: fenestras aperire, et altero hoc facto prohibente, ille prohibitus acquieverit et ex hoc facto lapsum fuerint præscriptionis tempore.

Quomodo servitutes serventur?

Servitus legitime acquisita servatur per usum s. per juris exercitium. Quod jus exercere potest non solum a domino fundi domin[antis] sed etiam ab alio, qui nomine illius, qui jure servitutis gaudet, hoc jus exerceat, imo etiam per quemcunque s. bonæ s. malæ fidei possessorem.

Q. si quis qui servitute fruatur, in ejus vero exercitio turbetur, praesto habet 2os modos ad sua jura tuenda: potest instituere v. judicium possessorium v. judicium petitorium. Si maluerit possessorium judicium instituere, juvari potest v. interdicto de manutenendo si tantummodo in hujus juris exercitio fuerit turbatus v. interdicto de re integranda, si a servitute utenda fuerit dejectus. Qui judicium possessorium instituerit, non tenetur probare jus suum, sed satis est, ut probet:

1° ab aliquo non brevi tempore, saltem ab anno, in illius servitutis pacifico usu stetisse;

2° in ejusdem juris exercitio nunc v. turbatum fuisse v. dejectum ab eo.

Si haec probare potuerit, judex reservatis iis rationibus, quae legitimum jus requirunt, ad cognitionem est separatum judicium decernere jam debet, actorem in servitutis exercitio pacifice esse servandum.

Q. si petitorium judicium instituerit, tunc actor s. qui servitutis fuerit in usu turb. debet apud competentem magistratum suum bonum jus probare, atque ad hoc datur actio confessoria. Actio haec competit domino praedii dominantis nec non alius, qui in dominante praedio jus reale habeat. Est actor probare debet:

1° sibi jus competere ad servitutem, quam asserit;

2° postulare a) ut decernatur, sibi hoc jus competere b) utque compensentur quae forte fuerint allata, ex hujus juris perturbatione, utque

c) removeantur impedimenta, quae forte fuerint apposita. d) ut praestetur cautio de in posterum non turbando.

Contingere etiam potest, ut quis cogatur judicis ope implorare, eo quod alter exerceat servitutem in praedio suo, quae ei non competit vel etiam exercuerit modo juxta quem competebat. Haec actio nuncupatur negatoria et actor eam instituens postulat, ut decernatur servitutem non competere vel saltem non competere eo modo quo utitur dominus praedii dominantis; 2° ut resarciantur damna, quae forte fuerint illata; 3° ut praestetur cautio non amplius renovare servitute usum vel servitutis modum non exercendum atque judicium per negatoriam actionem institutum, videtur esse illud singulare, in quo non actoris sed rei est, probationes adducere ad suum jus tuendum.

Videamus quibus modis acquisita servitus finem habeat.

Servitus legitime acquisita cessare potest:

1° utriusque praedii consolidatione, videlicet si praedium tam dominans quam serviens pertineant ad eundem dominum, etenim in hac hypothesi praedium serviens inservit quidem domino, sed non jure servitutis, verum jure dominii.

2° interitu vel praedii servientis vel dominantis. Si tamen praedium serviens quod interierat, etiam post diuturnum tempus in pristinum statum redierit, antiqua servitus pristinum recuperat vigorem. Quod si praedium dominans

interierit, nō cessat jus servitutis, nisi cū dominus servitutis fundi aliquid posuerit servituti contrarium, ex. gr. lignos foramina obstruxerit atq. ex eo facto praeterlapsū fuerit praescriptionis tempus

3° cessante jure temporaneo illius, qui servitutē cōvenerat, ex. gr. per emphyteusē - cessante emphyteusi extinguitur servitus.

4° adveniente die, ad quē servitus cōvena fuerat v. deficiente conditione, sub qua cōvena fuerat.

5° si dominus praedii dominantis servitutis juri v. expresse v. tacite nuntiū miserit, ex. gr. si viderit impedimenta, quae ponebantur ad excludend. servitutis exercitiū ē tamē sciens hoc prudens tacuerit.

6° per nō usū tempore a legibus determinato, sc. per X annos inter praesentes, per XX annos inter absentes. Animadvertendū ē discrimē aliq. intercedere inter eas praescriptiones, quae de servitutibus agror. ē eis quae pertinent ad praedia urbana, etenī si agatur de privibus servitutibus, satis ē nō usus v. X v. XX annor., ut idē amittatur. Si aute agatur de servitutibus

sed requiritur, ut dominus praedii servientis aliquid fecerit in suo praedio servituti cōtrariū, atq. ex h. facto elapsi fuerint v. XX v. X anni

Tit. IV. de usufructu.

In presenti ac sequenti titulo agitur de servitutibus personalibus, quae sunt illae, quae dantur immediate ac directe in personae favorem ac eidem personae strictissime adhaerent. Prior inter servitutes personales usus fructus de quo agitur h. titulo. Nos de hac

1° quid sit usus fructus natura;

2° quae sint jura usufructuarii;

3° quae ejusdem usufructuarii onera;

4° quibus modis acquiratur usus fructus, servetur, amittatur.

Definitur usus fructus a Justin: jus utendi, fruendi alienis rebus, salva earundem substantia. Ad cujus def   intelligentiam animadvertendum quid sit usus, quid fructus. Sec. juridicum sensum significat usus rem adhibere quantum necessitas postulat, re autem frui, rem aliquam adhibere non solum ad necessitatem sed etiam ad voluptatem. Unde sub hac significatione dixit Seneca ad juvenem quendam: Tu voluptate frueris, ego utor. Quibus   facile est   quae sit usus fructus natura. Ac 1° dicitur jus, etenim quemadmodum reliquae omnes servitutes in jure consistunt. 2° utendi et fruendi, quae verba   eum, qui hac servitute pollet, jus habere ad percipienda omnia commoda et utilitates et fructus, qui ex eadem re derivant, quin ulli ponantur limites, unde poterit adhibere rem alterius,

nō solū quantū postulat ejq necessitas, sed etiā prout utilitas v. voluptas ei successerit. Dicitur 3° rebq alienis, q. importat servitutis natura, etenī res propria usūfructū dat domino suo, sed nō jure servitutis verū jure dominii ; – 4° salva earūdē rerū substantia, quē admodū eni videbimq, inter obligationes, quibq oneratur usufructuarius,
(ea praecipua ē ut fructq quidē ē utilitates oēs percipiat, sed nō ipsā reiq substantiā integrā servet domino restituendā, cū usqfructq cessaverit. Cū in usufructu servari debeat integra rerū substantia, patet hanc servitutē personalē constitui tantūmodo posse super rebq immobilibq v. mobilibq ē se moventibq, quae adhiberi possunt, quin destruantur i.e. in rebq nō fungibilibq, nō autē in rebq fungibilibq, ut frumento, olio.

Sed per quoddā S.C. decretū fuit, ut in rebq etiā fungibilibq usqfructq imponi posset, dummodo usufructuariq caveat, ut finito tempore usqfructq res in eodē genere ē qualitate restituantur.

Unde Justin. distinguendū censuit inter usūfructū verū ē proprium ē inter usūfructū improprium. Usq fructq verq ē propriq datur in rebq nō fungibilibq, quae adhiberi possunt salva rerū substantia, in rebq fungibilibq, quae usu absumuntur, datur usq improprius. Disputatū fuit, utrū in vestibq detur usq fructq propriq an tantū improprius. Porro si agatur de vestibq scenicis v. festivis,

dubitari nō debet, qui in iis verus usus fructus habeatur. Si agatur de vestibus quotidianis, difficultas augetur. Communior sententia tenet, in iis dari verum usumfructum, si inaestimatae conventae fuerint; quasi usumfructum, si datae fuerint aestimatae.

Unde ex. gr. qui usumfructum habet alicujus domus, sibi habet universam domum cum suis accessoriis: ex. gr. cum cellis, stabulis, officinis, hortis; gaudet etiam servitutibus realibus, quibus pollet praedium, in quo usumfructum gaudet, atque pō etiam aliis locare, jus in alterum transferre. Jus personale strictissime personae adhaeret unde si forte h. jus fructuarius alienaverit, alienatio hujusmodi irrita censetur. Quid vero, si in praedio reperiatur thesaurus: pertinebit ad usufructuarium? Thesaurus inter fructus praedii computari nō pō, unde habendus ē pars proprietatis neque ad eum usufructuarius, sed dominus jus habet. Poterit usufructuario competere illa pars, quae convenit thesauri inventori. Hic notandum, fructus qui percipiuntur a fructuario, tunc tantum ad eum pertinere, cum a solo fuerint separati, unde si fructus nō solum sint pendentes, sed etiam maturi, mortuo fructuario, antequam fuerint a solo separati, nō amplius pertinent ad fructuarii heredes, sed ad proprietarium.

E contra si usufructus alicujus praedii fuerit alteri legatus, et testator obierit, fructibus adhuc pendentibus, dummodo dies legati saltem cessit, hi fructus pertinere debent ad legatarium, non vero ad testatoris heredes, sed vero fructus non intelliguntur nisi deductis expensis, unde in praedicto casu qui eas fecit expensas vel heres ejus, jus habebit ad sibi retinendum quod expenderit sive ad quaerendos sive ad cogendos sive ad servandos fructus.

Relate ad fructus civiles: distinguendum est, utrum agatur de re, quae ex suo usu quotidianos exhibeat

an vero de re quae nonnullis tantummodo statis temporibus naturales vel industriales fructus edit. In priori casu fructus dividendi erunt inter proprietarium et fructuarii heredem, habito respectu ad tempus, quo fructuarius vixerit. In altera vero hypothesi, videlicet si agatur de re quae non nisi statutis temporibus fructus exhibeat sive naturales sive industriales, rursus distinguendum est, utrum rei fructus naturales vel industriales, pro quibus solvuntur fructus civiles, jam fuerint a solo separati, an adhuc solo adhaereant. In 1ore casu fructus civiles pertinent ad fructuarii heredem, in altero casu ad proprietarium, neque interest, utrum fructus civiles jam fuerint soluti an sint adhuc solvendi.

Videndum nunc quae sint fructuarii onera. Hic occurrit juris principium: qui sentit commodum et incommodum sentire debet, unde usufructuarius qui rei utilitate percipit, debet etiam sustinere onera realia, quibus res

gravatur, unde ipse, nō vero proprietarius solvere debet tributa, census, vecti-
galia. Debet etiā fructuarius facere eas expensas ordinarias ē modicas,
quae sunt necessariae ad praedii conservationē v. ad percipiendos fructus ē rei
usū habendū. — Nō autē fructuarius tenetur ad eas expensas extraordi-
narias quae fieri debent ex eo q. res in usufructum data aut vetustate
aut ex aliquo fortuito casu fatiscat, imo neq ad expensas ordinarias
ē modicas pō obligari fructuarius, si maluerit usuifructui suo nun-
tiū mittere. ~~Id~~ tactū habet vel procedit, etiamsi jā proprietarius a judice
postulaverit, ut fructuarius eas expensas faciat. Ita pariter ad rē
servandā fructuarius alicujus silvae illo loco arborum arescentium novas
arbores debet sufficere; usufructuarius gregis in locum demortuorum capi-
tū debet foetus servare.

De obligationibus usufructuarii. Inter obligationes usufructuarii
illa praecipua habenda ē, ut servet rei substantiā, unde ea abuti
nō debet, sed uti ac frui, ut bonus ē frugi paterfam.; ideo eā debet in
suo statu servare. Nihil proinde projicere, nihil inducere novi; ne-
quit aedificiū extollere, nisi ad cogendos servandosq fructus sit ne-
cessariū. Neq pō praedii transmutare faciē, etsi per h. in meliorē
redigeretur conditionē. Unde ex. gr. nequit pratū in vineā permu-
tare. Atq ut proprietarius tutus esse possit se recepturū esse in-
tegrū praediū, tunc cū extincta fuerit usus fructus, servitus, fructuarius

vovere debet, se boni arbitratu viri usum ac fruitum re alterius atq integrā finito ususfructus tempore restituturum. A qua exceptione liberarentur, quibus ex lege cōpetit ususfructus, ex. gr. pater respectu ad liberos suos. Atq ut appareat re vera integrā fuisse rē servatā, receptū ē, ut ab initio fiat inventariū, q. a Rom. Jure nō exigitur, sed suadetur solū. Atq ex cōsuetudine recepta ē, ut illud necessario fiat, ita ut ante ejusdē cōfectionē nequeat fructuarius quasi possessionē rei exigere.

<u>De modis</u>, <u>quibus ususfructus</u> <u>v. amittitur</u> <u>v. servatur</u>. Ususfructus acquiri pō v. a lege v. a judice v. ab hōe. Ex lege cōceditur ususfructus patrifamilias in bona adventitia liberorum. Datur ususfructus cōjugi superstiti, in bona quae forte a conjuge mortuo relicta ei fuerint. Ita etiā ex ipsa lege viduae pauperi, indotatae, cōpetere pō ususfructus in aliquā parte bonorum mariti praemortui. A judice derivari pō ususfructus, si forte in nonnullis judiciis, praesertim in judiciis divisoriis, hanc judicaverit meliorē rationē faciendae divisioni. Denique ab hōe derivari pō ususfructus v. per cōventionē v. per actū ultimae voluntatis. Quibus in casibus adē expressa cōcedentis voluntas v. etiā ex tacita v. praesūta voluntate, si quis re alterius v. utatur v. fruatur per X aut XX annos, quin proprietarius aliquid egerit ad suū dissensū declarand.

Q. si usufructus per ultimae actu voluntatis fuerit cōcessus, illico ab usufructuario jus in re acquiritur, quin quasi traditione egeat. Postquā usufructus legitime fuit acquisitus, servatur per ejusdē usū, a quo si quis fuerit exturbatus, in promtu ea habet remedia, quibus vidimus eū posse juvari, qui servitutibus gaudet realibus.

Amittitur vero his m.is usufructus:

1° Per usufructuarii morte s. naturalē s. civilē, quia agitur de personali servitute, quae artissime ipsi personae inhaeret, unde extincta persona debet necessario etiā usufructus extingui. Q. cōtingere innuimus nedū per naturalē, sed ē per civilē mortē, nēpe si quis v. maximā v. mediā capitis diminutionē passus fuerit. – Quid vero si usufructus cōcessus fuerit filio, qui dein moriatur superstite patre? Si usufructus cōcessus fuerit intuitu patris, utriusque mors expectanda erit, ut servitus habeatur extincta. Quid tandē, si usufructus fuerit relictus v. reip: v. civitati v. collegio? Si civitas destruatur v. societas solvatur, usufructus veluti per usufructuarii morte, dici debet extinctus. Q. si nō cōtingat, usufructus durabit per C annorum spatiū, quod aestimatur longissima hōis vita. Et recte quidē, secus enī inutilis foret res proprietario suo, qui deberet perpetuo carere fructibus ejus. –

2° extinguitur usųfructų nēpe cū alicuįų rei ē proprietas ē usųfructų ad eandē pertinent personā.
3°. Cessat interitu rei, quæ servitute præstabat.
4° Cessante temporaneo jure illiųs, qui servitute concesserit, ex. gr. si fuerit cōcessų usųfructų ad emphyteusim ac deinde cessaverit emphyteuseos tempų.
5° Cessat adveniente die, qui forte statutų fuerit ad finē usųfr.
6° Demū cessat usųfructų expressa v. tacita usufructuarii voluntate. Expressa, si clare atq aperte suū cōsensū declaraverit, tacite, si per X v. XX annos servitute usų nō fuerit.

Tit. V. De usu ē applicatiōne.

Pō ea, quæ supeņų de usu fructu diximų, facile intelligitur, in quo cōsistat usų natura. Definiri ita pō: „jų alienis rebų ad necessitate utendi, salva ear subtantia." Unde præcipuū discrimē, intercedenš usū inter ē usūfructū in eo ē, ut hic inserviat ad necessitate nō solū, verū ad utilitate quoq ac voluptate: cōtra usų finitur necessitate. Unde qui usū fructū habet alicuįų domų, jų habet sibi habendi domū integrā etsi amplissimā, una cū suis accessoriis, nēpe cellis, portis, fenestris, aliisq eiųgenų. Si vero quis habeat alicuįų domų usū, postulare sibi poterit tantū huįų domų, quantū sibi necessariū ē. Atq h.

Atq. h. importat usualis conditio. E si forte usualis familia augeatur v. minuatur, augebitur v. minuetur ista servitq. Ita pariter usuariq prædii rustici jq habet nō ad oēs fructq, sed postulare tantū pō tritici, uvæ, olivar, feni, etiā flor, quantū usuarii necessitas ac conditio exigat. Nō poterit autē usuariq, ut etiā usufructuariq, aliū cōcedere, tradere, locare usū suū, quià in utraq hypothesi nō ampliq extaret necessitas. Poterit tamē hospitē excipere ē sibi habere in domo, cujq usū habet. Unde usuariq jq habet tantū percipiendi vi usq, quo pollet, quantū solū velit necessitas, ē reliquum fructuū ē utilitatis cedere debet proprietario. Inde nō tenetur usuariq onera realia ferre, quibq res forte obnoxia ē. Unde nō censq, tributa, vectigalia solvit, sed neq modicas aut ordinarias expensas facit. Excipiendq casq, in quo usuariq ob suā necessitate percipere debeat oēs fructq atq utilitates prædii. Tunc usq, ut patet, cū usufructu cōfunditur. Inde usuariq ferre debet onera, quibq ordinq gravari ipsū usufructuariū. Ceterū servitutis usq, prout usqfructq, iisdē mis acquiritur, servatur, amittitur.

De habitatione. Tertia inter servitutes personales habetur habitatio. Olim dubitabatur, utrū hæc servitq referenda esset ad usūfructū v. potiq ad usū. Cōstituit Justin. habitationē esse diversā ē quasi sui generis quandā servitute. Definitur: jq alteriq ædes

inhabitandi s. sibi habendi eas domus alterius partes, quæ sunt destinatæ ad habitand. Qui habitationis fruitur servitute, jus habet nedum sibi habendi omnes domus partes, quæ sunt ad inhabitand destinata, sed poterit etiam has partes alteri cedere v. gratuito v. locare etc. Servitus habitationis id habet singulare, ut non amittatur per capitis diminutionem s. maximam v. mediam. Cujus facti rationem Ictus Modestinus explicat „quia habitatio non tam in jure, quam in facto consistat."

Ultima inter servitutes personales habetur, quæ in servorum operis consistit. Definiri potest: jus lucrandi ex alterius servorum operibus. Ex qua definitione patet, servitutem operum servorum minus patere, quam usum fructum servi, magis patere quam usum ejus. —

Tit. VI. De usucapionibus et longi temporis præscriptionibus.

Vidimus acquirendi dominii modos distingui in naturales et civiles. De tribus modis naturalibus jam egimus, nunc agendum de modis civilibus, s. de iis, qui ex jure naturæ quidem, sed potissimum ex lege vim habent. Dividuntur in singulares et universales. Per hos quidem acquiritur universum jus alicui competens, per illos non nisi unius v. alterius rei dominium. Modi universales hi sunt:

1° hæreditatis acquisitio;

2° bonoꝝ possessio;

3° acquisitio per arrogationē;

4° addictio bonoꝝ libertatu servandaꝝ causa;

5ᵘ sectio bonoꝝ;

6° acquisitio per SC. Claudianū.

Verū ex hisce VI m.ⁱˢ unq tantū perduravit; ceteri v. abrogati sunt v. in desuetudinē abiere. M.ⁱ aute singulares IV sunt:

1° usucapio v. prescriptio;

2° donatio;

3° legatū;

4° fideicōmissū singulare;

Justin. h. in titulo agit de m.° priori, nēpe de usucapione. Atq hic notand ante Justin. inter usucapionē ē prescriptionē plura nec levis momenti intercessisse discrimina. Aū

1° usucapio jā erat acquirendi m.ᵍ dominii ē prebebat actionē; prescriptio nonnisi exceptionē prestabat.

2° Usucapioni obnoxiae erant res mancipi n italici soli ideoq erat juris quiritarii; prescriptioni obnoxiæ erant res nec mancipi atq ideo erant juris bonitarii v. Peregrinoꝝ.

3°. Per usucapionē acquirebantur tantū res corporeæ, per prescriptionē etiā incorporeæ.

4° Usucapio brevis tempus requirebat, nempe annum pro rebus mobilibus, duos pro immobilibus. Longis tempus requirebat praescriptio. Justin. vero usucapionem et praescriptionem veluti in massam unam conflavit statuitque, ut esset utriusque eadem vis ideoque effectus.

Definitur usucapio s. praescriptio: adjectio v. adeptio dominii per continuatam possessionem temporis spatio a lege definiti.

Ad probandum hunc singularem acquirendi dominii modum juverit monere fas esse principi ad bonum publicum nonnulla statuere, etiamsi forte unius alteriusve privati viri jura videantur laedi. Atque praescriptionem suadet boni ratio publici, eo quod secus semper incerta deberent rerum dominia manere atque lites haberentur immortales. Unde merito Tullius pro Caecina usucapionem appellat finem sollicitudinis et periculi litium. Lex praescriptionem v. usucapionem probans videtur inniti praesumptioni juris et de jure, nempe quod dominus, qui longo tempore rem suam neglexerit, eadem non repetens, ei tanquam derelictae nuntium miserit ideoque cesserit primo occupanti.

Ad legitimam praescriptionem habendam quinque desiderantur:

1° ut res sit praescriptionis capax;

2° ut adsit bona fides;
3° titulꝰ justꝰ s. coloratꝰ;
4° justa possessio;
5° tempꝰ a lege determinatū. Quos characteres juvandæ memoriæ gratia glossatores his sunt versiculis cōplexi:

Nō usucapias, nisi sint tibi talia quinq:
Sit res apta, fides bone, sit titulꝰ quoq justꝰ;
Possideas juste præscripto tempore legis.

Jā singulos evolvamꝰ hosce characteres. Ac
1° requiritur res idonea ad præscribend, nēpe quæ nō sit ejꝰ naturæ, ut penitꝰ præscriptionē excludat, ex. gr: res ab hoīu comercio exemtæ, quæ si acquiri nō possunt, multo minꝰ præscribi. Neq præscriptionē admittunt res furto aut vi ablatæ, etsi longissimo tempore a fure possideantur. Q si ad tertiū transierint, præscribi quidē possunt, sed longiore temporis spatio elapso, videlicet XXX annoꝝ.
2° Ad legitimā præscriptionē requiritur bona etiā fides, scilicet, qui alterꝰ rē possidet, errore ductꝰ, debet certe credere, rē illā suā esse, aut saltē necesse ē, quodlibet prudens excludatur dubiū. Quæ bona fides juxta rom. leges satis ē, ut ab initio usucapionis affuerit, unde nihil officeret alterꝰ rei possessori,

si deinde agnoverit rē, quā tenet, suā nō esse. Ex. gr. agitur de re mobili; possessor initio bona fide ad rē accessit, postea scivit illā alterig esse. Hic pō trienniū juxta leges Rom. usucapione rē pōtuit istā suē facere. Ex quo seq/. etiā bonē fidē decessoris juvare heredē, etiāsi iste, hereditate suscipiens agnoverit ad suū decessorē rē istā nō pertinuisse. Si cōtra decessor in mala fide fuit, bona heredis fides nihil ei proderit. Q. nō cōtingebat in herede particulari ex. gr: emptore, donatario, cui decessoris bona v. mala fides neq/ juvabat neq/ nocebat. Quē juris Rom. articulū utpote naturali honestati cōtrariū correxit atq/ abrogavit Jg. Cano. cōstituens, q/. bona fides ad præscriptionē habendā deberet tā diu durare, quādiu deberet justa possessio permanere.

Diximg ad bonā fidē habendā necessariū esse, ut intercesserit error facti, error enī juris nō juvat, cū leges nūquā præsumant juris s. errorē s. ignorantiā.

3° Requiritur justg titulg nēpe idoneg per se ad transferendū Dominiū, qui tamē nō fuerit talis actu ob aliquē occultū defectu, unde fuit quidē titulg justg, sed nō verg s. coloratg, ut dicunt. Diximg necessariū esse titulū justū, unde nō ē idoneg ad præscriptionē inducendā titulg erroneg v. falsg, dum° tamē nō affuerit casg, in quo appareat error justg. Qui casg haberetur,

si quis ex. gr. cōmisisset actori suo, ut justo pretiò agrū emeret, isq[ue] maserit domino pretiò accepto emisse eū quē tradidit. Neq[ue] talis ē titulus, natura sua revocabilis ex. gr. donatiò mortis causa, sicuti neq[ue] foret titulus idoneus ad praescribend. si quis simulatus fuerit, ex. gr. cū prohibita sit donatiò inter cōjuges, cōjux ad donand. aliqu. exigit pretiū, ex. gr. duos v. tres asses, ut aliquo m° fingat sese rē vendere, nō donare.

4°. Ad legitimā praescriptionē requiritur quoq[ue] justa s. continua possessio, nō quidē naturalis, quae nuda ac materiali rei possessione cōnsistit, sed civilis, cōjuncta sc. cū dominii opinione. Quae possessiò pō nedū per nosmet ipsos haberi, sed per eos quoq[ue], qui nostro possident nomine eaq[ue] debet esse nō vi inducta, nō clandestina, nō precaria, cū hisce in casibus desit fides bona. Debet esse cōtinua, nō interrupta, quae interruptio in jure usurpatiò appellatur. Haec interruptio v. naturalis esse pō v. civilis. Illa habetur cū nolentes v. inviti rei, quā detinebamus, omisimus possessionē; haec s. per litis intentationē fit s. per juridicā citationē. Si quis tamē in lite victor extiterit, possessio inspicitur ut nō interrupta ideoq[ue] juvat illud tempus, q[uod] lapsū ē s. a citatione s. a litis cōtestatione, usq[ue] dū exitū obtinuerit.

Haec autē justa possessio ceteris paribus juvat nedū successore

(ex. gr. heredē)
universalē, sed etiā particularē, qualis esset emptor, donatarius, legatarius, ut possessoris utriusq tempora cōjungantur.

5º. Ultimus character ad legitimā praescriptionē habendā ē tempus lege definitū, s. ut ajunt JCti, suffragiū temporis. Relate ad tempus distinguend inter praescriptiones ordinarias ē extraordinarias, quae dicuntur etiā longioris ē longissimi temporis. Si de ordinariis agatur, tempus necessariū trienniū ē pro mobilibus cujuscunq speciei; pro imobilibus tempus necessariū X annoz ē inter praesentes, XX inter absentes. E praesentes dicuntur, qui saltē in eadē provincia degunt. Quid vero, si rei dominus parti praesens parti absens fuerit. Ex. gr. per VII annos praesens fuit, per V vero absens? Ad noscend utrū expleti fuerint praescriptionis termini, anni absentiae dividendi sunt per duo numerusq resultans ex hac divisione addendus ē annis praesentiae. Unde in h. casu duo anni cū dimidio adjungendi sunt VII annis praesentiae. Haberentur igitur IX anni cū dimidio q. tempus nō sufficit ad praescriptionē inducendā.

148

Tit. XIII. De exhaeredatione liberorum.

Alteram ex intrinsecis solemnitatibus dixim[us] consistere in instituendis v. legitime exhaeredandis iis personis, quibus ex lege saltem legitima portio relinquenda est. Sunt autem hae personae:

1° descendentes in testamentis ascendentium;

2° ascendentes in testamentis descendentium liberis destitutorum;

3° fratres et sorores in testamento fratris et sororis, ubi forte turpem personam instituerint.

Est autem portio legitima pars assis haereditarii. potius pars bonorum quae testator relinquit. tanquam haec portio determinetur, deducend[um] est omne aes alienum q. forte assem haereditarium gravet nec non quidquid erogatum fuerit ad factas funeri impensas. In determinanda hac legitima parte habendus est respectus ad statum assis haereditarii illius diei quo testator obierit.

Quantitas autem assis haeredit. pro omnibus olim erat quadrans s. quarta assis haered. pars, sed Justin. hunc[?] juris articulum mutavit statuitque relate ad liberos, ut portio legitima esset triens, si liberi non sint plus quam quatuor, si vero plures fuerint, esset semis. Cum vero reciproca sint jura inter ascendentes et descendentes, ideo etiam pro ascendentibus non amplius quadrans sed triens legitimam partem constituet. Relate ad fratres et sorores, qui in testamento turpem personam instituerint, non videtur facta aliqua mutatio ideoque videtur portio legitima adhuc quadrans esse. Haec autem leg[itima] portio relinquenda est titulo institutionis

unde rite condi nõ põ testamentũ, si legitima portio relicta fuisset titulo v. donationis v. fidei commissi etc. Ex quo seq: portionẽ legitimã relinquendã esse nõ in codicillis, sed in testamento.

2° Portio legitima relinquenda ẽ absq ullo onere, gravamine, unde si forte fuerit appositũ, tanquã nõ adjectũ habetur. Sed fieri põ, ut qui necessitate habet portionẽ legitimã relinquendi alicui personæ, justã etiã habeat causã, ob quã etiã ab hac portione legitima possit eandẽ personã excludere. In qua hypothesi nunquã hæc persona poterit præteriri, sed qui habeat justã exhæreditandi causã, rite istã exhæreditationẽ perficere debet, ẽ exhæreditatio quidẽ in ipso testamento, nõ in codicillis facienda ẽ, 2° exhæredandq excludendq ẽ ab õi v. minima hæreditatis parte, 3° exhæredanda persona nominanda ẽ, v. saltẽ dilucide indicanda, 4° ad exhæredationẽ faciendã, alleganda ẽ una v. altera ex legitimis causis, quas ipsæ leges decernunt. Cujq causæ existentiã si exhæredatq fuerit infitiatq, debet hæres probare.

Causæ ad legitimã exhæreditationẽ ab ipsa lege determina sunt ante 14 pro exhæreditatione liberorũ, 8 pro exhæreditatione parentũ, 3 tantũ pro exhæreditatione fratris v. sororis, si forte turpis persona fuerit instituta. Quas causas juvandæ memoriæ causa glossatores in versiculos redegerunt.

De causis, quæ pertinent ad exhæreditationẽ liberorũ:

Bis septem excusis exhaeres filiq esto
Si patrē feriat v. maledicat ei;
Carcere detrusū si negligat aut furiosū;
Criminis accuset v. paret insidias.
Si dederit damnū grave, si nec ab hoste redemit
Testariq vetet, se societq malis;
Si mimos sequitur, vitietq cubile parentu
Nō orthodoxq, filia si meretrix.

Causae vero justae ad ascendentes exhaeredandos, VIII sunt, ut exhibentur seqq versiculis:

Si pater accuset capitalis criminis aut se
Adjungat nurui vitaeq sit insidiatus,
Testariq vetet natu matriq vel ejus
Praeparet intrusūq in carcere v. furiosū
Negligat ē fera contemnat relligionē.

Deniq tres tantum adsunt causae, ob quas frater v. soror, qui turpē personā instituerit, fratrē v. sororē exhaeredare queunt:
1° Si capitali crimini accusaverint
2° Si vitae insidias fuerint moliti;
3° Si ingens detrimentu ejq bonis attulerint

Tit. XIV. De heredibus instituendis.

Hunc Tit: declarantes videbimus:

1° quinam heredes institui possint;

2° quot heredes possint scribi;

3° quo modo as hereditarium sit dividendum, cum plures heredes fuerint instituti;

4° Quid notandum si facta institutio non fuerit pura et simplex, sed sub conditione, sub modo, sub causa, sub die;

5° Quibus temporibus necesse sit, ut heres factione passiva testamenti polleat, ut ejus institutio legitima habeatur

Inter ceremonias solemnes vitae civilis absque dubio summi momenti est heredis institutio.

Heredis institutio ea est, quae testamenti essentiam constituit et ultimum voluntatis actum mortis causa a ceteris actibus ejusdem voluntatis ultimae distinguit. Unde heredis institutio ab aliis appellata est testamenti caput, ab aliis ejus fundamentum.

Heres ille est, qui in universum jus defuncti succedit. At ut quis possit hujusmodi successionis capax, necesse est, ut habeat passivam testamenti factionem, ut a jure non prohibeatur quin possit hereditatem acquirere. Quae passiva testamenti factio in herede tribus temporis momentis determinatur:

1° tempore quo testamentum conditum est;

2° tempore mortis testatoris;

3° tempore, quo hereditatē adit heres.

Si igitur quaeratur, quinā possit esse heres, respondend ē: qui tunc tempore conditi testamenti, tempore quo defunctg ē testator, ac tempore quo adeunda ē haereditas, passivā polleat testamenti factione. Nonnulli possunt institui heredes, qui quāvis nō polleant passivā testamenti factione

1° filii fam.

2° servi, s. proprii s. alieni. - Si proprii, una cū hereditate tacita etiā manumissio concessa praesumitur. Si alieni, nō sibi, sed domino hereditatē lucrantur.

3° Monaci etiā ex ipsis rom. legibg institui possunt heredes, si professi fuerint in eo religioso ordine, qui saltē in communi bona possidere queat, qui in hypothesi nō sibi, sed communitati hereditatē acquirit.

4° Institui etiā possunt collegiā ē corpora licita.

5. Etiā possunt personae institui, quae a testatore nō agnoscuntur, dumō dignosci possint. Imo etiā personae incertae, dumō aliquando certae fiant

Nonnulli autē sunt qui absolute, nonnulli qui relative passiva testamenti factione destituuntur. Excluduntur a quacunq hereditate:

1° peregrini, qui tamē nostris temporibg solent admitti.

2° ex ipsis rom. legibg apostatae ē heretici nō tolerati.

3° qui deportationis poena fuerint damnati, multo magis damnati

extremo supplicio.

7° perduellium liberi ex lege Honorii et Arcadii, ita tamen, ut filiabus pars legitima ex materna hereditate possit relinqui.

5° Etiam collegia et corpora illicita, quae a principe probata non fuerunt

6° monachi, professi in ordine, a quo neque in communi bona possidentur.

Diximus nonnullas personas relative tantum a passiva testamenti factione excludi. Tales sunt

1° princeps, si quis eum forte hac mente instituerit, ut adversario suo potentissimum competitorem objiciat.

2° Adulter etiam incestuosusque nequit instituti heres ab ea, quacum vel adulterium vel incestum admiserit.

3° Liberi adulterini atque incestuosi, a parentibus, a quibus per adulterium vel incestum vitam habuerunt.

4° Filii naturales extantibus filiis legitimis possunt instituti heredes in unciam una cum matre duodecima. Quod si liberi legitimi non existunt, filii naturales possunt scribi heredes, relicta tamen portione legitima personis ascendentibus. ~~Est autem in testatoris arbitrio~~

Est autem in testatoris arbitrio vel unum vel plures heredes instituere. Quod si unus tantum institutus fuerit, hic totam hereditatem capiet, etiam in re certa vel una tantum parte institutus fuerit,

ne defunctus partim testatus partim intestatus decessisse videatur: unde principium illud juris: heres in re certa non dato sibi coharede

habetur tanquā heres universalis.

II. Q. si plures quidē instituti fuerint heredes, sed unq ē alter in re certa, tertiq absq ulla partiū ē rer designatione in hac hypothesi qui instituti sunt in re certa, nonnisi hanc postulare possunt, reliqua hereditas illiq erit, qui in incerto institutq ē. Unde aliud principiū jurid. Heres in re certa dato ei cohaerede habetur tanquā legatariq.

III. Q. si oībq heredibq relicta fuerit res certa, in hac III.a hypothesi quisq heres rē determinatā sibi relictā tanquā praelegatā accipiet, quoad reliquū hereditatis ōes aequalibq partibq capient, etiāsi forte res determinata relicta alicui sit majoris pretii, quā ea, quae relicta fuerit alteri.

IV. Q. si plures instituti fuerint heredes absq ulla rer ē partiū designatione, hi aequis partibq hereditatē inter se dividunt. Si tamē I. nonnulli ad hereditatē fuerint vocati cōjuncti, isti nonnisi tanquā una persona considerandi sunt. Titiq ē Cajq heredes sunto, Sempronius etiā heres esto. In h. casu hereditas in II aequales partes erit dividenda, ac dimidiū assignand Titio ē Cajo, tanquā heredibq cōjunctī vocatis, alterū dimidiū Sempronio.

Aliae quaestt. oriri possunt, si testator, in nuncupaverit heredes eosdē vocarit ad diversas hereditatis suae quotas, i. sextante, quadrante, dodrante etc.

Distinguendi varii casus sunt.
Vel unciae asse hereditarium (vel) adaequant v. non adaequant v. superant.
In hisce casibus si quotae relictae asse hered: adaequent, quisque ex heredibus relictas uncias accipiet: si vero quotae relictae asse hered. superent, singulis heredibus pro rata diminuenda erit relicta quota. Si demum unciae relictae asse hered. non adaequent, quod supererit pro rata heredibus omnibus accrescit.
Quid vero, si nonnulli heredes instituti fuerint in determinata quota, nonnulli vero generice. Distinguendum pariter est;
Si relictae quotae asse hered. non adaequent, quod supererit, illius erit, qui generice instituti fuerint. Si vero determinatae quotae asse hered. adaequent v. superent, veniendum erit ad dipondium, et si necessitas exigat, ad tripondium, quadripondium.
Si demum ita testator asse hered. diviserit, ex. gr. reliquerit quadrantem Titio, trientem Cajo, quincuncem Sejo et reliquum Sempronio reliquerit, in hac hypothesi Sempro: nihil ex re hered: capiet.

Juxta leges quisque potest s. inter vivos s. mortis causa pro lubito disponere: testator igitur potest heredes suos nuncupare nedum simpliciter et pure, sed etiam sub conditione, sub modo etc. Videndum igitur, quid juxta leges decernendum sit, si unum v. alterum

adjuncta habeatur in testamento s. nuncupativo s. scripto. Ac 1° relate ad conditiones, oẽs conditiones impossibiles, turpes, inhonestæ, irrisoriæ, si forte adjectæ fuerint, ut nõ adjectæ sunt æstimandæ. Unde vitiantur ẽ nõ vitiant.

2° Conditiones ita perplexæ, ut exitũ habere nequeant, testamenti institutionẽ vitiant. Nã intelligi nequit, quænã sit testatoris voluntas. Ex. gr. si Titius heres erit, Sempronius heres esto; Si Sempronius heres erit, Titius heres esto.

3° Conditiones, prout vidimus, respicere possunt, tempus v. præteritũ v. præsens v. futurũ. Si tempus præteritũ ẽ præsens respiciunt, institutio valet nec ne, prout conditiones jã extiterint v. nõ. Unde institutionẽ nõ suspendunt. Si vero respiciant tempus futurũ, rursus distinguend erit: si in eventu suo possibiles tantũ sint, expectand ẽ conditionis implementũ, ita tamẽ, ut põ impleta conditionẽ nõ solũ institutio vi omẽ exerat, sed etiã retrahatur ad diẽ, quo testator obierit, ne hic parti intestatus, parti testatus decedat. Conditiones esse possunt pariter v. casuales v. potestativæ v. mixtæ. Casuales quandocumq/ impleri possunt, etiã ante testatoris mortẽ. Potestativæ autẽ, quæ nẽpe ab heredis voluntate pendent, implendæ sunt põ testatoris mortẽ ẽ quidẽ

cū notitia appositæ cōditionis. Hic notand heredibꝰ suis s. liberis nonisi cōditiones potestativas apponi posse. Si vero apposita fuerit conditio mixta, quæ nepe parti ex heredis, parti ex tertii voluntate pendeat, cōditio hæc habetur, ut impleta, si hic tertiꝰ ab herede juridice requisitꝰ conditionē implere renuerit.

Conditiones possunt aliquando dividuæ esse s. impleri per partes, aliquando individuæ. Si fuerint individuæ atterq ex heredibꝰ recusaverit conditionē implere, prior debet integrā adimplere atq ita totā capiet hereditatē.

Deniq possunt conditiones v. negativæ esse

Conditio negativa ē sita in nō faciendo naturaq sua testamenti institutionē suspenderet usq ad heredis mortē. Attamē in heredis utilitatē inventa ē cautio quædā, ab ejꝰ auctore dicta „Cautio Mutiana" vi cujꝰ heres institutꝰ sub cōditione negativa poterit hereditatē sibi relictam capere, si cōgruā dederit cautionē, se testatoris voluntati obtemperaturū. Ac si forte ejꝰdē cōditionis implementū neglexerit, spondeat, se restituturū hereditatē cū fructibꝰ perceptis a diē obitꝰ testatoris, cōpensatis etiā damnis, si forte illata fuerint.

Q. si fuerit institutio facta sub m°, m' iste adimplendus omnino est, si in alterius utilitate cedat. Q. si heres non adimpleat m^m, hi quorum interest, instare apud judicem competentem poterunt, ut cognitum assignetur tempus, intra quod m' sit adimplendus. Quo tempore inutiliter elapso, heres a jure suo decernitur exclusus, hereditasque ab intestato defertur.

Testamentaria institutio etiam fieri potest sub die i.e. habito respectu ad tempus. Notandum: si dies appositus fuerit v. uti terminus ad quem v. uti terminus ex quo, dies habetur tanquam non adjectus et institutio aestimatur tanquam simplex et pure. Q. si tempus adjectum fuerit omnino incertum, habendum est tanquam conditio. Si vero tempus sit certo quidem adventurum, sed ignoratur quando, distinguendum est utrum tempus respiciat an ipsum heredem. Si tertium, aestimandum pariter est tanquam conditio. Si vero respiciat ipsum heredem, incertitudo temporis habenda est tanquam non apposita.

Q. si institutio facta fuerit sub causa, ~~distinguendum~~, institutio est mera, si falsa fuerit causa movens s. finalis, non vero, si tantum falsa fuerit causa impulsiva.

Leges reprobant atque penitus irrita habent ea testamenta quae dicuntur captatoria, quae sc. condita sunt ad alterius hereditatem captandam.

Ita leges romano juri civis solemnitates extrinsecas no pauce immutarunt inter quæ illud præcipue adnotand ut civis activa testamenti factione no polleat, nisi 18ᵘ anni ætatis suæ expleverit

Tit. XV. De vulgari substitutione.

Res indecora habebatur penes Romanos v. sine testamento decedere v. cu testamento quidē, qui tamē heres institutg velictā hereditate acceptarat. Q. no vero contingebant, eo q. heredes testatoris ab aliena clamitans pertinerent ex, potiq hereditate repudiabant, quā in discrimine tanto eā adire. Ne igitur testamenta irrita forent ob heredis defectu inventæ sunt substitutiones, in quar illa instituti heredis defectu alter vocaretur. Unde appellari pō substitutio alteriq heredis institutio in locu priorıs deficientis. Substitutiones aliæ quidē dicuntur indirectæ, aliæ directæ. Sub indirectæ substitutionis nomine veniunt substitutiones fideicommissariæ, quæquā, si quis accurate velit loqui, veræ substitutiones appellari no possunt. Substitutiones vero directæ esse possunt aut vulgares aut pupillares aut exemplares s. quasi pupillares

De substitutionibq vulgaribq h. agetur in titulo, in seqq. de reliquis. De substitutione vulgari agentibq præmittenda sunt quædā principia quæ generaliter substitutiones respiciunt ē regunt.

Cum substitutio sit altera institutio, seq. 1° eos omnes substituere posse, qui possunt instituere; s. qui gaudent activa testamenti factione;

2° eos posse substitui, qui possunt institui; s. qui gaudent passiva testamenti factione.

3° quemadmodum institutio, etiam substitutio fieri potest v. pure et simpliciter, v. sub conditione, sub causa, sub modo, sub die.

4° quemadmodum unus v. plures heredes institui possunt, ita unus v. plures dari possunt substituti, imo fieri potest longa substitutorum series, ita ut deficiente primo substituto, succedat alter, altero deficiente succedat tertius etc. Qua in hypothesi obtinet aliud principium: substitutus substituti est etiam substitutus instituti. Ex. gr. Testator Titium heredem instituerat, Titio Cajum substituerat, Cajo Sempronium. In quo casu Sempronius substitutus est Caji, sed vero deficiente Cajo existimandus est quoque substitutus Titii.

Hisce generaliter adnotatis procedend. in tractatione de substitutione vulgari.

<u>Vulgaris</u> ea dicitur, quae fit in hypothesi quando deficit heres. Ex. gr. Titius heres meus esto, si Titius heres non erit, Sempronium substituo. Dicitur vulgaris, quia communiter contingit. Esse potest v. expressa v. tacita. Expressa dicitur quae clare significatur ex testatoris verbis, prout ea, quae adduximus. Tacite ea dicitur quae eruitur ex verborum contextu, quibus testator voluntatem expressit suam. Ex. gr.: quicumque tempore mortis meae v. Titius v. Sempronius superstes erit, heres meus esto. Tum

vero, si ambo superstites sint, singuli dimidium capient; si unus obierit v. heres aut nequeat aut nolit esse, alter tacitus censetur esse substitutus. Animadvertend. casum voluntatis comprendere tacite casum impotentiae et vice versa casum impotentiae tacite amplecti casum voluntatis. In casu praeced.: si Titius noluerit esse heres, succedet Sempronius substitutione expressa vulgari, si vero voluerit, sed non potuerit, Sempronius succedet vi vi substitutionis vulgaris tacitae.

Tertia tacitae vulgaris substitutionis species comprenditur sub expressa pupillari, de qua in seqq. titulo.

Vulgaris autem substitutio cessat seqq. in casibus:

1° si substitutus ante testatorem moriatur;

2° si institutus hereditatem acceptaverit;

3° si deficiat conditio, sub qua substitutio edita fuerit;

Tit. XVI. De pupillari substitutione.

Substitutio pupillaris ea dicitur quae a patre fam. liberis sub sua potestate constitutis atque post eius obitum in alterius potestatem non recasuris, si forte ante pubertatem decesserint. Ex. gr. Cajus filius meus heres meus esto. Si Cajus intra pubertatem decesserit, Sempronium ei substituo.

Ad pupillaris substitutionis validitatem plura desiderantur, quemadmodum ex tradita definitione patet. Unde requiritur

1° ut tertii substitutio fiat a patre fam., non a matre, non ab avo materno.

2° ut pupillaris substitutio assignetur liberis sub potestate testatoris constitutis unde nequit substitui liberis (v. legitimis v.) emancipatis.

3° ut liberi quibus datur substitutio post testatoris morte recasuri non sint sub potestate alterius, quod contingeret, si avus vivo filio nepotibus suis substitutionem pupillarem assignaret. Potest tamen pater fam. assignare liberis s. nepotibus qui patrem habent, utens legis Vellejae formula: Ex. gr. Titius filius meus heres esto. Si filius prius me decesserit, Sempronium ex eo mihi nepote substituo. Si nepos Sempronius forte ante pubertatem decesserit, Sejum ei substituo

4° ut tantummodo liberis, qui pubertatem non attigerint, detur substitutio ideoque pupillaris nuncupatur, quia datur liberis, qui ex patris morte facti sunt pupilli.

Agnita pupillaris substitutionis natura videamus

1° quae fieri debeant, ut ipsa rite fiat

2° quotuplex esse possit;

3° quibus in casibus ipsa evanescat;

4° quid sit ea substitutio, quae appellatur quasi pupillaris v. exemplaris;

5° quae in hac facienda desiderentur;

6° sub quibus respectibus substitutio exemplaris cum pupillari conveniat, sub quibus differat.

1° Videamus quid fieri debeat, ut rite fiat pupillaris substitutio; opus est, ut pater fam. 2ex condat testamentum, alterum sibi, alterum filio suo, cui vult substituere, quae 2ex testamenta vel 2o vel unica tabula testamentaria possunt comprehendi. Quae si unica constet tabula, indifferens est, utrum pater fam. primum sibi an filio suo testamentum condat. Pater fam. in testamento suo debet filium suum impuberem vel heredem scribere saltem in portione legitima vel legitime exheredare vel cum difficile admodum sit, ut in impubere inveniatur vel una vel altera causa, statuta pro legitima exhereditatione, hinc debet semper filium heredem nuncupare. Deinde vero filio testamentum condens, si forte ante pubertatem decedat, huic pupillariter substituit. Ac tali modo substitutus nedum acquirit ea bona, quae filius lucratus est ex hereditate paterna, sed etiam ex bonis adventitiis. Receptum est tamen, ut si pater sit superstes, ei legitima portio bonorum assignetur adventitiorum - Lex III C. de Test. inoff.

2°. Pupillaris substitutio 2ae esse speciei potest: alia expressa, alia tacita. Prima diserte colligitur ex testatoris verbis, ex. gr. Titius filius meus heres esto: si infra pubertatem decesserit, ei Sempronium substituo. Tacita continetur sub vulgari expressa. Nam receptum est, sub vulgari expressa contineri vulgarem tacitam et vice versa sub pupillari expressa contineri vulgarem tacitam.

Jā vero dixerat pater fam. Titiꝰ filiꝰ meꝰ heres esto; si hic filiꝰ meꝰ infra pubertatē decesserit Semproniꝰ erit substitutꝰ. Tū si Titiꝰ heres fuerit ē mortuꝰ sit ante pubertatē, hic filiꝰ forte hereditate paternā nō sit cōsecutꝰ. Sed in priori casu Semproniꝰ hereditatē capièt viᵃ substitutionis pupillaris expressæ; in altero casu vi tacitæ substitutionis vulgaris.

Q. si idē pater fam. ita dixisset: Titiꝰ filiꝰ meꝰ heres esto; si hic filiꝰ meꝰ heres nō erit, Semproniū substituo. In hac hypothesi Semproniꝰ hereditatē capièt, si testatoris filiꝰ heres nō fuerit, in vi vulgaris expressæ; si vero hic filiꝰ heres quidē patris sui fuerit, sed ante pubertatē decesserit, Semproniꝰ pariter hereditatē acquirit tanquā tacite pupillariter substitutꝰ. Quæ juris dispositio præsumptioni innititur: putatur nempe utroq; in casu voluisse pater fam. sibi ē filio substitutū dare. Cū aute juris præsumptio veritati cedere debeat, nō obtinet hæc regula, q. sub vulgari expressa cōtinetur pupillaris tacita, si ex vulgari expressa appareat testatoris voluntas. 2º Si testator plures heredes instituerit vulgariter substituendo, quoꝝ nonnulli substitui queunt, alii nō itē, tunc pupillaris tacita sub vulgari expressa nō cōtinetur, ne eadē verboꝝ formula diversos pariat effectꝰ.

3° Nō cōprehenditur pariter pupillaris tacita sub vulgari expressa, si pupillq patris sui heres superstite matre relinquat, nā presumi nequit patrē fam. voluisse filii matrē suēq cōjugē a filii hereditate excludere doloriq dolorē adjungere.

III) Cessat vero pupillaris substitutio

1° si filiq pubertatē attigerit;

2° si a paterna fuerit solutq potestate;

3° transacto etiā breviori tempore q. paterfam. huic substitutioni assignaverit;

4° Si defecerit cōditio, sub qua hac substitutio tradita fuerit;

5° Si testamentū ruat internū. Nā cū testamentū filii s. substitutio pupillaris inspiciatur veluti testamenti paterni accessoriū, deficiente principali etiā debet accessoriū deficere, dumō i. nō cōtigerit ex querela inofficiosi testamenti.

IV) Deniq tertia directæ substitutionis species ea ē quæ appellatur quasi pupillaris v. exemplaris v. Justinianea. Dicitur quasi pupillaris v. exemplaris quia inducta ē ad instar pupillaris substitutionis. Dicitur Justin: quia a Ju-

stiniano inducta ē, ēq est quae fit a parentibꝰ pro filiis quidē puberibꝰ, sed ex aliquo animi v. corporis vitio ad testand inhabilibꝰ, nisi forte in hac infirmitate decedant.

Haec substitutio inducta ē ad exemplū pupillaris ē inde nomē accepit. In pluribꝰ tamē ab ea differt, ac:

1° fundamentū substitutionis pupillaris ē patria potestas; fundamentū substitutionis quasi pup: ē parentū humanitas caritas ē pietas, unde pupillariter quidē nonnisi ? tantūm substituere pater fam., quasi pupillariter etiā mater aliiq ascendentes s. paterni s. materni.

2° pupillariter tantū substitui pō filiis — impuberibꝰ, quasi pupillariter filiis puberibꝰ sed ad testamentū faciendū inhabiles ob corporis v. animi quedā defectū.

3° In substitutione pupillari rigide loquendo pater posset etiā filiū exheredare suū, in quasi pupillari parentes debent semper saltē pro legitima portione filiū scribere.

4° In substitutione pupillari patris arbitrio pō extraneꝰ substitui, in quasi pupillari prae ceteris vocandi sunt liberi illiꝰ, quibꝰ substituitur, liberis deficientibꝰ fratres ac sorores nec nōnisi his deficientibꝰ possunt extranei appellari.

Pupillaris substitutio cessat adveniente pubertate, quasi pupillaris cessante morbo, ob quē facta ē.

Tit. XVII. Quibus modis testamenta infirmentur.

Hucusque egimus de testamenti solemnitatibus extrinsecis et intrinsecis. Utrasque vidimus necessarias esse ad testamenti validitatem unde ab initio nullam vim, nullum robur habet testamentum, si una alterave ex his solemnitatibus non fuerit servata. In utroque casu dicitur testamentum *imperfectum* s. non jure factum. Quod si testamentum tale sit ob defectum alicujus solemnitatis extrinsecae h. testamentum appellatur *injustum*. Si vero defecerit solemnitas aliqua intrinseca testamentum h. appellatur *nullum*. Sed potest etiam contingere, ut testamentum quod in pleno robore non constitit, deinde vires amittat, quia factum aliquod postea supervenerit. Ac juxta diversos casus Romani Jcti in adhibendis vocabulis apprime accurati nunc ruptum appellant testamentum nunc irritum nunc destitutum nunc rescissum.

Dicimus testamentum aestimandum esse ruptum. Rumpi autem potest testamentum ob duos casus sequentes;

1° ex agnatione posthuma;

2° ex voluntatis mutatione.

Ex *agnatione posthuma* si scilicet testator post factum testamentum filium aliquem s. naturaliter s. legitime (civiliter) habuerit, cui legitima saltem portio non fuerit relicta. Quod contingere potest in sequentibus casibus:

1° si post testamentum rite confectum, testatori v. adhuc viventi v. mox post mortem natus fuerit filius legitimus, cui saltem portio legitima relinquenda fuerit.

2° si post testamentum mortuo testatoris filio ex eo nepos factus fuerit heres necessarius;

3° Si post editum testamentum filium illegitimum legitimaverit, vel extraneum adrogaverit v. descendentem adoptaverit. Si tamen filius testamento postumus post ruptum moriatur testamentum, vivo testatore, h. testamentum non jure quidem civili, sed pretorio sustinetur, et datur heredibus institutis bonorum possessio a pretore.

Testamentum rumpitur per mutatam voluntatem, si testator v. expresse v. tacite mentem mutaverit suam. Expresse mutat mentem si post testamentum primum alterum condiderit numeris omnibus absolutum, etenim cum agatur de ultimae voluntatis actu, unusquisque videt, hunc posteriore priori derogare. Idque contingit etiam si promiserit se nihil mutaturum esse, imo etiam si id cum juramento confirmarit, etenim in h. casu perjurus quidem erit, sed tamen dicendus mentem mutasse suam. Apparet ex eo quod cum agatur de contractu unilaterali, nemini facit injuriam, si voluntatem revocarit suam, cum jus perfectum ante testatoris mortem a nullo fuerit acquisitum. Etenim id valet, etiamsi constantem fore promiserit, stat enim illud principium: nemo ita sibi legem dicere potest, a qua discedere nequeat. Contingere tamen potest —— ut etiamsi testator non ritum condiderit testamentum, aliquando valeat prius, aliquando utrumque. Valeret prius testamentum, si probari posset testatorem ideo testamentum alterum confecisse, eo

q. falsa causa fuerit adducta ex. gr. putavi heredē institutū decessisse.
Cū falsa fuerit causa movens, nullā vī habet testamentū secundū, remanet prius. Legata tamē ē fideicommissa in altero testamento relicta praestari debent.
2. Valet utrumq si testator alterū testamentū videns declaraverit, se velle, ut etiā prius valeret. Isto in casu heres in altero testam. institutus habetur tanquā rogatus ut veluti heres fiduciarius prioris heredi ut heredi fideicommissario hereditate restituat.

Testator expresse etiā mutare voluntate suā pō, si corā judice v. 3 testibus declaraverit, se velle, ut testamentū a se conditū nullā habeat. Requiritur tamē, ut hujusmodi actus robur habeat, ut a condito testamento elapsū fuerit decennium.

Tacite — etiā pō voluntate suā mutare testator si testamentū suū rite confectū v. scindendo v. delendo v. comburendo corrumpit.

Q si heredū tantū nomina deleta fuerint, praestanda tamē sunt legata atque fideicommissa, praesertī si adjecta fuerit clausula codicillaris.

Tandē cadit testamentū cum testator mutaverit statū suū i.e. v. maximā v. mediā v. minimā capitis diminutionē passus fuerit. —

Etenī per maximā factus ē servus, per mediā ex cive peregrinus, per minimā ex patre fam. filius fam. seu neq servi neq peregrini neq filii fam. valide testamentū facere possunt. Si tamē testator ante mortem in pristinū statū redierit, testamentū h. sustinetur.

Caducum v. destitutum illud nuncupatur testamentum, q. caret herede, cum sc. heres v. nequiverit v. noluerit hereditatem acceptare. Neque adiit substitutus, qui ei succedat. Destituto testamento succedunt heredes legitimi, qui tamen praestare debent legata et fideicommissa in testamento relicta, q. etiam in altero casu contingit, cum qui nuncupatus sit heres atque in testamento legatis et fideicommissis oneratus, sed cum eodem tempore etiam a lege ad istam vocetur hereditatem testamentariam hereditatem renunciat, ut legitimam adire possit, ab omni onere praestationis legatorum et fideicommissorum liberatus. In hoc casu compellitur heres hereditate acceptata legata et fideicommissa praestare. Denique rescissum appellatur testamentum, cum vim suam amittit ex inofficiosi testamenti querela.

Tit. XVIII. De inofficioso testamento.

Videbimus 1° quae sit origo, quae natura querelae testamenti inofficiosi;
2° quibus personis quibusque in casibus querela test: inoff: competat;
3° quos effectus producat ista querela;
4° quibus in casibus cesset.

Disputatum est inter DD de querelae testamenti inoff: origine. Probabilior ea est sententia ~~quae docet~~ hanc querelam inductam fuisse a JCtis per quandam fictionem, videlicet cum viderent non ~~sano per~~ liberos absque justa causa a parentibus fuisse exheredatos, finxerunt istos parentes non sanae mentis fuisse, cum id agerent, idque ex eo probantes, q. si mente sana exti-

ita nō fecissent exheredatione, unde ne dicerent injustos, finxerunt insanos.
Ideoq contra hujsm testamenta data fuit actio, quæ appellata ē querela testam.
inofficiosi: ē querela quidē, etenī extranei dicuntur inter se agere, propin-
qui autem conqueri, atq ideo h. testamentū dicitur inofficiosū eo q. in eo
peccatū sit cōtra pietatis officiū, etenī Romani distinguebant inter beneficium
minis terium, officium, ē dicebant beneficium præstari ab extraneis mini-
sterii ab iis, qui sū contra sunt potestate, officiū a propinquis ē cognatis
Quibq positis facile ē colligere quænā sit testamenti inofficiosi querela
ē sc. species petitionis hereditatis, per quā personæ v. injuste exhere-
ditatæ v. aliquando præteritæ, pōspositi testamentū rescinditur atq ipsi ab in-
testato admittuntur.

Hujsm autē querelam cōpetere tantū pō iis personis, quibq ex lege saltē
portio legitima debita ē ē quæ v. præteritæ v. injuste exheredita[t]æ fuer[unt] in testamento
sed advertend hujsm remediū esse adm. odiosū, ideo tantū in iis pō
adhiberi casibq, in quibq aliud nō suppetat remediū. Si liberi fuerint præteriti
v. absq justa causa exheredati, nō cōpeteret ejsm querela, quia contra
h. testamentū instituī pō actio nullitatis, eo q. testamentū v. ab initio
fuit nullū. Ita etiā si personis a lege designatis relicta fuerit v.
minima hereditatis portio, nō datur hæc querela, quia datur iis actio
ad cōplementum. Casus igitur sunt cirq, in quibq cōpetit hæc querela:
1° si pater liberos exheredavit allegans justā quidē causā, injustam

-nitate filii sufficiantur

2° si pater v. alia persona v. ratõe legitimã debet, relinquere exhereditatione fecerit ob causã quidẽ justã, quã in testamento tamẽ nõ allegaverit.

3° Si liberi v. præteriti v. injuste exhereditati fuerint v. a matre v. ab alio ascendente materno;

4° Si parentes præteriti v. injuste exhereditati fuerint in testamento liberorum qui absq. prole decesserint;

5° Si frater v. soror aut præteriti aut exhereditati fuerint a fratre v. sorore, in testamento ubi turpis fuerit persona instituta.

Querela autẽ testamenti inofficiosi olĩ vĩ oẽ testamentarias tabulas aufe-rebat ideoq. rescindebatur nõ solũ relate ad heredis institutionem, sed etiã relate ad aliãs testamenti partes, ut sunt fidei comissa etc. Sed Justin. per Nov. 115 constituit, ut ex testamenti inoff. querela rueret tantum° hereditatis institutio, cetera testamenti capita salva manerent.

Cessat autẽ hujusmi querela in seqq. casibq:

1° si ille, cui competit, decesserit, antequã istã instituerit;

2° si pront ordinq, alterũ remediũ suppetat;

3° si elapsũ fuerit quinquenniũ apertis testamenti tabulis atq. a testamenti scientiã, etenĩ cũ agatur de querela odiõsa, brevissimo tempore subjicitur præscriptioni.

7° si is, cui ista querela competat, quomodocumque v. expresse v. tacite v. directe v. indirecte testamentarias tabulas probaverit, dummodo non egerit ex officii necessitate. Unde ex-gr. si quis tanquam tutor agere debuerit ad assequend. legatum relictum pupillo suo, iste cum necessitate officii sui egerit dici nequit v. directe v. indirecte testamentum probasse.

Tit XIX. De Heredum qualitate et differentia.

In testatoris arbitrio est quos et quot velit heredes instituere dummodo testamenti activa gaudeat factione. Non omnes autem heredes ejusdem gradus ac qualitatis sunt. Nam alii dicuntur heredes necessarii, alii voluntarii; priores illi sunt, qui velint nolint relictam debent hereditatem acceptare. Qui iterum subdividuntur in simpliciter necessarios et necessarios ac suos. Simpliciter necessarii heredes erant servi, qui a domino suo heredes fuissent instituti. His una cum hereditate instituta tacite concessa etiam libertas censetur. Ac servus factus liber necessitate adigebatur domini sui acceptare hereditatem. Quod non raro contingit, cum saepe agatur de dominis obaeratis, qui ideo aliquem servum instituebant, ut postea hereditas non defuncti, quod injuriosum erat, sed servi nomine veniret. Heredes vero necessarii ac sui erant testatoris liberi in sua potestate constituti neque post ejus obitum recasuri in alterius potestatem, inter

quos sc. e patre fam. nulla erat proximior persona. Etiamsi liberi nollent, debebant patris fam. adire hereditate, juxta principium: Filius, ergo heres.

Voluntarii dicebantur heredes, quos in arbitrio erat v. acceptare hereditate v. repudiare. Quae heredum qualitates in desuetudine abierunt, maxime relate ad heredes necessarios:

1° quia cum servi ignorentur, non amplius obtinent heredes simpliciter necessarii;

2° relate ad filios fam. nec hi dici heredes necessarii possunt, nam ipso quidem jure heredes sunt, sed, ut innuimus, jus habent abstinendi a paterna hereditate.

Obtinet quidem adhuc distinctio inter heredes necessarios ac voluntarios, sed diversa sub significatione; sunt enim heredes necessarii illi, quibus ex lege saltem legitima portio relinquenda (est). Voluntarii vero illi dicuntur, quos (ut) instituat, testator nulla cogitur necessitate, unde ex arbitrio suo eos v. instituit v. praetermittit. Unde omnes nunc heredes dici voluntarii possunt. Manet tamen aliquod inter heredes suos et extraneos discrimen, quod in eo est

1° ut filius fam. ipso jure heres sit heresque censeatur, nisi expresse abstinuerit a patris hereditate. Contra heres

extraneq ad hereditate habendā debet voluntate declarare suā v. verbis, tuncq. dicitur hereditate adire v. factis h. e. ea agens quæ nō pō nisi heres facere tuncq dicitur se pro herede gerere.

2° ut filiq fam. ipso jure heres sit, etiā si decesserit ante hereditate acceptata, quo in casu jq ejq ad heredes transit. q. nō cōtingit in extraneis heredibq, qui tunc solū heredi jq ad hereditate suā transmittunt, quando ipsā v. acceptaverint v. obierint intra tempq q. ad deliberand a legibq cōcessū ē. Pōsquā heres sibi delata hereditate acceptavit, nō datur ampliq poenitentiæ locq. Unde debet oīa onera adimplere oēq æs alienū dimittere etsi forte hæc oīa excedant assē hereditariū.

Nonnullæ tamē personæ sunt, quibq a prætore succurritur, si forte ærumnosā acceptaverint hereditate, iis cōcedendo restitutionē in integrū. Tales iis sunt, quibq ob imbecillitate succurrend ē, ut impuberes, minores, mulieres. Cū hereditatis acceptatio res sit abeæ plena sitq timend ne plq detrimenti quā utilitatis afferat, ad periculū h. avertend duo beneficia a legibq cōceduntur: jq deliberandi ac beneficiū inventarii.

Jus deliberandi consistit determinato temporis spatio, intra quod fas sit heredi assis hereditarii vires expendere sedulo que pensare, utrum sibi expediat nec ne acceptare hereditatem. Quod tempus si a prætore postuletur, IX mensium est, si vero a principe, annus integer. Quod obtinet, si quis urgeat heredem, ut suam declaret voluntatem, quod plerumque contingit, nam nemine urgente hereditatis petitio ad XXX annos sese extenderet. Postquam heres suo deliberandi jure usus est, si non declaravit, se hereditatem sibi delatam acceptare, non amplius fas est sui facti poenitere atque gravatur omnibus illis oneribus, quibus defunctus, eo quod fit legitimus est universalis ejusdem successor, imo tenetur etiam parere testatoris voluntati circa legata, fideicommissa etc quae voluerit defunctus. Ad hoc alterum avertendum incommodum, alterum concessum est beneficium. Beneficium inventarii a Justin. Postquam concessione altera orta est heredum differentia, juxta quam nonnulli dicuntur beneficiati, qui semper cum inventarii beneficio hereditatem acceptaverint, nonnulli heredes simplices, qui nempe non sunt usi hoc beneficio. Est autem inventarium accurata omnium bonorum descriptio nec non omnium jurium defuncto et in defunctum competentium facta juxta eas regulas, quas leges praescribunt. Juxta Justin. inventarium incipiendum est mense v. ab apertis tabulis v. a die, qua heres

suā agnoverit institutionē. Absolvend autē intra bimestre ē dum° nō agatur de hereditate ming ampla, qua in hypothesi ad inventarii perficiend anng cōceditur integer. Relate ad eos m°s qui in casibg cōcretis adhibendi sunt ad inventarii validitate, cōsulendg ē codex praxis judiciariæ, qui hic ē nunc viget. Ordinarie monendi sunt v. per edicta v. per publicas ephemerides oēs illi, quoꝛ interē heredē acceptare hereditate cū inventarii beneficio ac indicanda dies ē hora ē, qua inventariū incipiend ē. H. vero cōficiend ē præsente hærede ac testibg ē adhibendi sunt etiā periti relate ad res mobiles. Bona imōbilia indicanda sunt adjectis finibg nec nō adjecto regionis nomine, in qua sita sunt. Res vero mobiles indicandæ sunt adjecta peritoꝛ æstimatione. Absoluto inventario debet heres subscribere eodēq tempore sub jurejurando affirmare, se nullā admisisse fraudē nihilq occultasse ex iis quæ ad defunctū pertinebant quæq describenda erant in inventario. Inventarii hujg beneficiū plurimā utilitatis affert heredi. Ai

1° jg habet tollendi ab asse hereditario quidquid expenderit v. ad testamentū publicand v. ad inventariū cōficiend v. ad alios casg necessarios;

2° in ære alieno solvendo nō tenetur ultra hereditatis vires;
3° ex legatis jg habet detrahendi quartā falcidiā, ex fideicommissis quartā Trebellianā;
4° si forte nō adsit pecunia numerata, cogere hereditarios creditores pō, ut sibi habeant in solutū res hereditarias;
5° Si ipse heres sit defuncti creditor, pō cū aliis creditoribg concurrere atq pro rata sibi ipsi solvere.
Hisce oībg privilegiis heres simplex caret, qui cū inventariū nō cōfecerit defunctiq patrimoniū cū suo confuderit, oībg debet oneribg satisfacere. –

Tit. XX. De legatis.

In testamentis præter heredis institutionē condi etiā solent legata, de quibg agend nunc ē videbimgq: 1° quid sit legatū ē quotuplici mº possit relinqui; 2° quinā possit legari quibgq legari; 3° quæ res possint legari; 4° quid dicend si legatarii fuerint inter se cōjuncti; 5° quando legatoꝝ dies cadat aut veniat; 6° quænā ad legata consequenda veniant actiones.
Definitur legatū a Justin: Donatio quædā a testatore relicta, ab herede præstanda. Hæc definitio pluribg nō arridet eo q. appelletur legatū donatio, cū donatio sit pactū ideoq actg bilateralis, contra legatū sit unilaterale. Hinc pō definitio admitti, data a Icto Florentino in Dig: Delibatio quædā hereditatis, quā testator ex eo, q. universi heredis foret, quid alicui collatū vult

verbis directis. Sed nec hæc definitio clara ē. Unde sit hæc alia: Ultimᵍ voluntatis actᵍ s. testati s. intestati, quo quis neq institutionis neq donationis titulo alicui quid relinquit verbis directis. Ante Justin. IV erant mⁱ per quos legata poterant relinqui:

1° per vindicationē ex. gr. do, lego, habeto, sumito.

2° per damnationē ex. gr. heres damnas esto dare bis centū Sempronio.

3° v. per sinendi mū ex. gr. heres meᵍ sinat, ut Semproniᵍ unū ex meis equis eligat.

4° per præceptionē q. cōtingebat, cū testator institutis pluribᵍ heredibᵍ aliquid ex hereditate tanquā legatū v. prælegatū uni ex heredibᵍ relinquebat ex. gr. Sempr. unᵍ ex heredibᵍ præcipito domū meā s. præcipue Sempr. sumat ex hereditate domū

Fieri etiā pō, ut duæ res concurrant, quæ ita legata fuerint ē dubitetur, utrū una pereunte altera præstanda sit necne. Distinguend utrū hæ duæ res sint principales an vero altera principalis, accessoria altera. Si ambæ sint principales, una pereunte, altera præstanda erit- ex. gr: si legaverit currū cū equis. Si vero una sit principalis ē altera accessoria, pereunte principali neq accessoria præstanda erit-ex. gr: si equus perierit, frenū remanserit. Cū plura genera sint in hereditario asse ē unū ex his legaverit testator; dubitari pō, quisnā debeat eligere, utrū legatarius an heres.

Distinguendq. si testator ad legatariū verba direxerit eliget legatarius, si vero ad heredē, eliget heres rē præstandā. Ita tamē, ut legatarius nequeat eligere rē meliorē, heres nequeat dare rē deteriorē. 7. si testator facultatē dederit eligendi inter res suas, quā velit, i. e. dederit legatario optionē, in hac hypothesi legatarius rē etiā meliorē poterit eligere, ita tamē ut semel optione facta nō detur amplius poenitentiæ locus.

Legari etiā pō v. nomē s. creditū v. liberatio v. debitū.

Sub legato nominis v. crediti venit actio, quā habebat testator ad consequend aliquid. In hac hypothesi actio transfertur in legatariū qui jus habet postulandi ab herede documenta, quæ valeant hujusmi actionē probare. Legatū liberationis habetur cū testator cū testator condonat legatario quidquid is sibi debet, in quo casu si legatarius ab

herede conveniatur poterit exceptione se tueri. Q. si non conveniatur, poterit legatarius agere postulando ab herede, ut restituat syngrapham, ex qua debitum appareat, deleat inscriptiones hypothecarias etc. Diximus etiam legatum debiti relinqui posse, sub quo nomine venit quod testator debet legatario.

H. legatum quod prima fronte inutile apparet, aliquam tamen potest utilitatem afferre. 1° quidem legatum praestandum est etiamsi forte illud debitum probari nequeat. Altera potest utilitas in eo consistere, ut si forte debitum fuerit v. ex die v. sub conditione, legatum tamen illico possit postulari.

In legatum relinqui etiam possunt res v. ejusdem heredis v. legatarii. Dubitari potest, utrum isto in casu legatum praestandum sit necne. Distinguendum utrum res legata fuerit legatarii sub dominio, necne, tum cum relinquebatur. Si cum legabatur, jam erat in legatarii dominio, legatum inutile est juxta illud principium: quod proprium est alicujus, amplius ejus non potest fieri.

Q. si legatarius rem legatam acquisierit post conditum testamentum, rursus distinguendum est, utrum hanc rem legatarius adeptus sit titulo oneroso v. lucrativo; si titulo oneroso, heres praestare debebit legatario, quanto res vendita v. acquisita est. Si vero legatarius adeptus sit rem legatam titulo lucrativo, ex donatione etiam, nihil ei praestandum est juxta illud principium: duae lucrativae causae in eundem hominem et eandem rem cadere non possunt.

Frequentissimum est in testamentis legatum cibariorum v. alimentorum.

nomine cibariorum venit tantum esus et potus, alimentorum nomine venit quidquid necessarium est ad vitam sustentandam, unde non solum esus et potus, sed etiam vestes, habitatio et medicamenta. Hoc legatum pluribus et magni momenti privilegiis fruitur ante leges:

1° quoad eorum quantitatem v. determinatur ab ipso testatore et praestanda est quae ab testatore adhuc vivo jam praestabatur v. determinanda erit ex prudentis judicis arbitrio.

2° Hoc legatum relinqui etiam potest iis personis quae nihil ex testamento capere possent.

3° Si relictum fuerit usque ad pubertatem, intelligitur usque ad pubertatem plenam i.e. XVIII annos.

4° Hoc legatum integrum manere debet legatario etiamsi forte suis bonis caruerit.

5° Si circa alimenta quaestio orta fuerit, appellatio non datur, nisi in devolutivo

6° De cibariis et alimentis alicui praestandis non potest fieri taxatio, nisi intervenerit judicis decretum.

7° Quod legatum praestandum est ab initio v. cujuslibet anni v. cujuslibet mensis.

8° Demum hoc legatum non potest alteri aut vendi aut cedi

Quid vero si a marito uxori suae fuerit dos relicta in legatum?

Hoc legatum appellatur dotis potest quae aliquam utilitatem afferre. Si

1° testator dotis quantitatē determinaverit, legatū præstandū ē, etiāsi mulier nullā intulerit dotē. 2° Multo magis integra quantitas determinata restituenda ē etiāsi integra dos nō fuerit soluta.

3° H. legatū illico solvendū ē neq expectandus annus qui cōceditur ad dotis quantitativæ restitutionē.

4° In restitutione facienda s. solvendo legato heres nō gaudet privilegio cōpetentiæ, quo forte fruebatur. Si tamē testator dixerit legare uxori suæ dotē quā attulit, nihil ei solvendū ē, si nulla fuerit allata.

Quid vero si testator reliquerit legatario suo rē quæ neq sit testatoris neq heredis sed ad tertiū pertineat.

Distinguendū ē utrū testator ignoraverit rē illā esse alterius: si ignoraverit, legatū nullū ē, præsumenda enī aqua ē testatoris voluntas.

Sin autē sciverit, legatū valet quidē, sed nō h. sensu, ut tertius invitus re sua sit spoliandus, sed ad h. valet, ut scil. heres curet acquirere a tertio rē illā emptamq legatario tradat. Q. si tertius v. vendere renuerit v. enorme pretiū postulaverit, solvet ejus ē rei æstimationē legatario. Hanc testatoris scientiā probare debet legatarius, aliquando tamē hæc testatoris scientiā nō ē necessaria ad legati validitatē, q. 2° casibus cōtingit:

1° si legaverit propinquis 2° si causæ piæ

Etenī in ijsdē casibus præsumit lex eodē m° legatarī fuisse si esset scientia

habuerit v. quid aliud fuisse relicturum.

Quid vero si testator postquam rem suam alicui legarit, deinde eandem alienaverit. Evanescitne legatum? Distinguendum est utrum ista res legata alienata fuerit ex necessitate an voluntate. Si ex testatoris voluntate, censetur voluntatem suam mutasse circa legatum illud; si autem egeri(?) necessitate coactus, censetur in pristina remansisse voluntate ideoque heres tenetur eandem rem legatario restituere v. pretium ejus compensare.

Idem dicito, si testator rem in legatum relictam deinde obligaverit. Si necessitate id egit, rem illam reluet heres, si voluntate fecerit, reluet legatarius.

Quid vero censetur, si eadem res v. quantitas aut in uno testamento pluries uni eidemque relicta sint aut uni eidemque in pluribus testamentis?

Ad quos casus solvendos II principia prae oculis habenda sunt:

I. Duae lucrativae causae in eandem rem ac personam cadere non

II Qui rem habuit et ejus aestimationem videtur habere.

Si vero si una eademque res v. una eademque quantitas in uno testamento eidem personae relicta fuerit, ~~~~ semel tantum eadem res v. quantitas praestanda erit, tali enim ~~pres~~ praesumitur fuisse testatoris voluntas atque pluries rem illam aut quantitatem nominasse ad voluntatem suam clarius exprimendam, nisi clare constet eam fuisse testatoris voluntatem v. ideo relatam ~~~~ quantitatem ~~ideo~~ pluries esse nominasse testatore, ut toties praestaretur, quoties dicta fuerit.

Sed major difficultas occurrit, si una eademque res v. una eademque quantitas

a pluribq testatoribq relicta fuerit.

Relate ad rē quæ a pluribq testatoribq uni eidēq relicta ē potérit ne a singulis heredibq eā postulare. Vidend utrū legatarq a priori testatore rē jā habuerit an rei quantitatē. Si rē a priori testatore jā fuerit lucratq, nō poterit eā ab altero petere v. rē v. rei ejq dē æstimatiōnē.

Q. si ex priori testamento nō rē sed ejq æstimationē habuerit, poterit rē ab altero repetere, dicitur enī: qui rē habet, ejq æstimationē censetur habere, sed nō contra.

Si vero agatur de eadē quantitate nullū dubiū q. ita præstanda sit, quoties a diversis testatoribq uni eidēq relicta fuerit.

Aliquando una eadēq res pluribq legatariis relinquitur, si quisq legatū agnoscat, quisq parte accipiat juxta testatoris voluntatē. Si vero unq v. alter ex hisce legatariis cōjunctis deficiat, socii habet jq accrescendi, q. cōsistit jure quo coheredū v. collegatarii deficientis portio adjicitur iis coheredibq ē collegatariis qui hereditatē acceptaverint v. agnoverint legatum.

Q. jq ut apparet ex tradita definitiōne vi habet tā inter coheredes quā inter collegatarios, sed h. jq ex diverso emanat fonte, respectu heredū ē respectu collegatariorū. Etenī si de coheredibq agatur, jq h. oritur ex legis necessitate, quia nemo paganq decedere pō parti testatq, parti intestatq ē quia nemo ejq dē hereditatis parte acceptare pō, parte repudiare.

Relate vero ad collegatarios jq h. originē trahit ex præsumpta testatoris

voluntate, unde jus accrescendi ad coheredes neq. testator prohibere pō, pro lubito autē pro collegatariis prohibere pō.

Possunt vero collegatarii esse 3bus m̄°: cōjuncti 1° re tantū 2° verbis tantū 3° mixtim.

Re tantū cōjuncti sunt collegatarii si diversis propositionibus ad eādē rēs eis legata fuerit. Ex. gr. lego Primo fundū meū Tusculanū. Idē praediū meū lego Secundo.

Dicuntur cōjuncti legatarii verbis tantū, si una eadēq. propositione vocentur ad habendā rē eandē adjectis tamē partibus, nō quidē physicis, sed intellectualibus. Idē praediū Tuscul: lego Tertio ē Quarto aequis partibus.

Demū cōjuncti mixtī dicuntur collegatarii, si unica propositione ad eandē rē vocentur legatarii. Idē praediū Tusc: lego Quinto ē Sexto. Iā si deficit legatarius, qui fuerit aut verbis aut mixtī cōjunctus, deficientis portio accrescit illi tantū, qui eodē m̄° cōstitutus ē. Ex. gr. deficiente Tertio accrescit Quarto, deficiente Sexto, accrescit Quinto, ita porro.

Si vero deficiat legatarius re tantū cōjunctus, ipsius portio accrescit ōībus, ita tamē ut, qui eodē m̄° instituti sunt, habeantur tanquā una persona. Ita deficiente Primo ejus portio in tres dividetur, unaq. accrescit Secundo, altera Tertio ē Quarto, tertia Quinto ē Sexto.

Nō semper tamē jus accrescendi locū habet h. q. fit in seqq. casibus:

1° Si testator illud prohibuerit;

2° Si cuiq/ legatario substitutq datq fuerit;

3° Si legatariq obierit pō legantis morte, antequā legatū repudiaverit; jq enī recipiendi legatū ad suos successores transmisit.

4° Si relictū fuerit legatū v. cibarioꝝ v. alimentoꝝ v. etiā usq fructq, sed cibarioꝝ aut alimentoꝝ loco.

Quando legatoꝝ dies cedat aut veniat.

254

270

318

350

368

S. 368.-

25.I.-1953. Jastrzębski